

Nutzungshinweise / Terms of Use

Die Digitalisate dieses Webangebotes sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für private wissenschaftliche Zwecke ausgedruckt oder heruntergeladen und zu wissenschaftlichen Zwecken an andere, von Person zu Person, weitergegeben werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte in gedruckter oder elektronischer Form ist ohne zuvoriges schriftliches Einverständnis der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel nicht gestattet. Dies betrifft im einzelnen Verkauf, Leih-, Lizenzierung, Vervielfältigung und Verbreitung. Werden Digitalisate aus der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek ohne schriftliche Genehmigung der Herzog August Bibliothek auf anderen Internetseiten, Datenträgern oder Printmedien veröffentlicht, ist sie als Rechteinhaberin berechtigt, gemäß der niedersächsischen Gebührenordnung für die Bibliotheken des Landes und Hochschulbibliotheken vom 10.11.2004 (Nds. Gesetz- und Verordnungsblatt Nr. 32/2004), Anlage zu §2 Abs.1, Gebühren für die Veröffentlichung in Rechnung zu stellen. Rechtsgrundlage ist die Benutzungsordnung für die Landesbibliotheken vom 01.11.2004 (Nds. Ministerialblatt Nr. 39/2004) in der jeweils gültigen Fassung (vgl. Gebührenverzeichnis der HAB).

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Auskunft der Herzog August Bibliothek, Lessingplatz 1, D-38304 Wolfenbüttel (auskunft@hab.de).

Verlinkungen sind grundsätzlich erwünscht. Bitte verweisen Sie auf Digitalisate wie folgt:

- Im Druck: Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [PURL], z.B. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>]
- Im Internet: HAB <a href="<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>">inkunabeln/14-astron

All digital documents of the Wolfenbüttel Digital Library are protected by copyright. They may be printed or downloaded and forwarded individually to third parties only for non-commercial educational, research and private purposes. In doing so provenance marks attached to them must not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not permissible without obtaining prior written permission from the Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. This explicitly includes selling, lending, licensing, reproduction and dissemination. If digital documents from the Wolfenbüttel Digital Library are published without the written permission of the Herzog August Bibliothek, the library as holder of the rights to its property is entitled to levy fees in accordance with the ordinance for the State and University Libraries of the county of Lower Saxony dating from 10.11.2004 (Nds. Gesetz- und Verordnungsblatt Nr. 32/2004; Anlage zu §2 Abs.1; confer „Benutzungsordnung für die Landesbibliotheken“ 01.11.2004, Nds. Ministerialblatt Nr. 39/2004).

For reproduction requests and permissions, please contact the information desk of the Herzog August Bibliothek, Lessingplatz 1, D-38304 Wolfenbüttel (auskunft@hab.de).

Links to our resources are welcome. Please refer to digital documents as follows:

- Print: Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [PURL], e.g. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel [<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>]
- Internet: HAB <a href="<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>">inkunabeln/14-astron

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

171.49 Quod.

Pr

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale



0 1 2 3 4


<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

- Rime Farnesiane di Gio. Battista Maserengo.
- Israel Hiobnes Mysterium Sigillorum, Herbarum et lapi-
dum continuatio.
- Relation des Empfang und Einzugs der Komission, Reisefahrt
und Königl. visit auf der Einf. in Ongssing, anno
1653. gest.
- Danisch, nach der den Raufblättern in Fürtfjord, Dornesfjord,
et in Religions-Dingen dargestellten und darüber auf Blättern.
Guilielmi Ursini de Rivo Vindiciae pro Capite Regis An-
glie Caroli I. contra Rebeller patricidas.
- Imp. Ferdinandi III. literae ad Christinam Svecie Reginam et
Eius Responsum.
- An Kurfürst Ferdinandum III. Memorial und Remonstration.
Schrift des Königl. Sigism. Ratge Matthæi Biorenklou,
in puncto Antifissarien zum Raufstage.
- Offenbarung Alters des Volkst in Engell. Dijett, und
Ireland, d. s. die gehabte inniger Meinungen, die abgangene
Könige Jacobum und Carolum I. betr. fand.
- Colloquium von Alters, Raufstage præceptor, insondere seit der
zeit Reformation der Zölle, Zollabfölung und Verbot
vom Matricul antreffend.
- Nicht eingetragne Gesellschaft in Denmark von. König
Friderico III. 1653. angeordnet.
- Königl. Sigism. Intercession. Schrift, wie auf Christus
und Ständen Evangelischen Will Intercession an Rom. Kaiser
Majestät die Religions-Freihheiten betreffend, 1653. auf
dem Raufstag zu Regensburg übergeben.
- Lettera nella quale si descrive l' ingresso nel Palazzo Du-
cale della Morosina Morosini Grimani.
A Danzig, von den Engliszen Kar. Howard. Schiffer, welches sich
1652 in den Hafen vor Copenhagen gelegt.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

15. Erhardi Stedingii Oda gratulatoria in Natalem LXXV.
Augusti Ducis Brunsv.
16. Augustalia Goelfica in memoriam felicissime in Ducatum
Brunovensem successionis, mense Augusto 1634. ad Sermonem
DX Augustum conscripta, et ao 1652 repetita ab Eraldo Stedingio.
17. M. Andreæ Reibstahli Carmen Encomiasticum ad Ducum
Brunsv. Augustum.
18. M. Eliæ Eberhardi Amygdalus fructifera tradita,
cum DX Rudulpho Augusto Ser. ^{ma} filia Christiana
Elisabetha nasceretur.
19. Burckardi Tappii Carmen gratulatorium, cum Theodori
Georgius Tappius à Martino Gosky Poëta
laureatus Cesareus Goelpherbyti publicè
clamaretur.

dr. III

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

NOVA DE MACHINIS PHILOSOPHIA

In qua, Paralogismis Antiquæ detectis,
explicantur Machinarum vires

Vnico Principio, singulis immediato

A U T H O R E

NICOLAO ZUCCHIO PARMENSI
SOCIETATIS IESV

Olim Professore Mathematicæ
In Collegio Romano.

Accessit exclusio vacui contra noua experimenta,
contra vires Machinarum :

Promotio Philosophiæ Magneticæ
Ex ea nouum argumentum contra sistema Pythagoricum.

*Initium Operis Proposita distinctius exhibet,
Errata, suis locis asterisco notata, corrigit.*



R O M AE,
Typis Hæredum Manelphij. M. DC. XXXIX.

SUPERIORVM PERMISSV.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



Nicola Zucchi



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

SERENISSIMO PRINCIPI
RANV TIO II.
FARNESIO
PARMAE PLACENTIAE, &c.
Duci Sexto.
NICOLAVS ZVCCHIVS F.

 Nter Philosophiæ Partes sola, quæ de Machinis est, suffragio totius eruditæ Senatus, admirationem fecit suam: dum naturæ virium in particularibus corporibus non tam contemplatrix, quam arbitra, nullam non debiliorem confirmat, & promovet; nullam non potentiorem sistit, ac superat. Hanc tamen mirabilium effectricem tibi, Dux Serenissime, sine vlla suspicione iniuriæ, supplicem facio, qui sub ipsis regnandi initijs in hæreditaria maiorum tuorum laude iam adul-

* 2 tus,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



tus, comprobasti: omnem mouere machinam,
 & inter oppositas vires, etiam Potentiorum,
 æquilibrium statuere, Farnesianum esse. Viue
 diu nihil non perfecturus (dum vires menti,
 mentem dum viribus addis) & quidem cer-
 tius, si sublimioris Potentiæ Machinatorem
 audieris, qui iactabat ex vero (omnia possum)
 omnem felicitatis Machinam complexus uno
 Principio (Pietas ad omnia utilis est.)

A N A K H O D I S U M M O D I V.

...tum etiam nunc potest. In
 origine, si dico, M. ab origi-
 ne s. etenim liberum est
 omni transmutatione mutari
 et permutari. Et hoc est
 quod tamen in aliis et
 in aliis mutari possunt
 et in aliis non possunt.
 Et hoc est quod dico, non
 potest in aliis mutari
 et in aliis non possunt.
 Et hoc est quod dico, non
 potest in aliis mutari
 et in aliis non possunt.
 Et hoc est quod dico, non
 potest in aliis mutari
 et in aliis non possunt.
 Et hoc est quod dico, non
 potest in aliis mutari
 et in aliis non possunt.
 Et hoc est quod dico, non
 potest in aliis mutari
 et in aliis non possunt.
 Et hoc est quod dico, non
 potest in aliis mutari
 et in aliis non possunt.

L E.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

LECTORI.



NNO M. DC. XLVI. Typis Parisiensibus nouam methodum edidi, qua Machinarum, instrumentum virtutis debilioris, vires ad unum in omnibus, & æquè primum in singulis Principium reuocabam. Peritorum iudicia subinde per meas, per amicorum litteras prouocavi, non ad inanem plausum, sed veritatem in re tanta certius colligendam. Ex ijs aliqui ita probarunt, vt se non aliam, quam propositam à me causam augmenti virtutis per Machinam, vt veram, & unicam admissuros, non aliam profesiuros contestarentur, inter quos hic duos appellare libet, ex libris editis acerri-
mæ subtilitatis, melioribus Mathematicis iam accensitos, & quidem eo ordine, quo illorum iudicia ad me peruererunt;
D. Euangelistam Torricellum, qui meo, & amicorum roga-
tu re maturè discussa, in litteris ad amicum, quas locupletissimas sententiæ illius testes habeo, aperte profitetur, se pau-
cas illas nouæ methodi paginas, sibi transmissas, voluminibus benè magnis præhabere, ad quarum normam Auditores suos, si qui in posterum de Machinis à se doceri vellent, di-
rigere constituisset. Patrem Carolum de la Faille Societatis nostræ, olim in Regia Academia Madritana, nunc apud Se-
renissimum Ioannem Austriacum Mathematicarum disciplinarum Professorem, qui iterum ac tertio, me expostulan-
te, nouam methodum examinavit, & omnino comprobauit.
Alij verò solliciti de existimatione Magnorū Virorum, quos Eruditorum consensus in Mechanicis ad hæc usque tempora Præceptores agnouisset, multa pro firmandis eorum fun-
damentis, & nostro subruendo, velut infesto, & ex inopina-
to consurgente, obiecerunt: quibus tamen validiorem nostri confirmationem, & completam alienorum dissolutionem
debere

*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



debere tē agnosces, si, quæ cohærenter ad primō proposita
in Parte tertia respondemus obiectis, patienter per leges. Ad
omnium autem faciliorē intelligentiam aliqua præmisi ex
ijs, quæ de Machinis adhiberi solitis tradi solent, nonnullis
indicatis nodis, qui in communi modo philosophandi de illis
non habent solutionem; at in nostra methodo repererunt
facillimam. Postremō ut complementum apposui, An
virtus Agentis naturalis ita per Machinam augeri possit, ut Va-
cuū inducat inter corpora. Addidi Parergon de virtute
Magnetica, per quam velut machinam Intelligentiæ non er-
rantis sit consistentia inter extreimas Mundi partes, non ve-
rō motus Planetarum à Sole; & ad causas progressionum
Magneticarū rite digestas, & certius constitutas Philosophiā
Magneticam prouehere contendit. Si pauca ist̄ hæc boni con-
fules, stimulos addes ad ea citius exequenda, quæ de instau-
randā veteri Optica, & in multis perficienda aliás pollicitus
sum, & magna iam ex patte digesti, ab anno M.DC.XXVI.
quo primum in Collegio Romano Mathematicum pulue-
rem publice signare iussus sum, inchoara & curis graui-
tribus intermissa. Viue Deo, & æternum viues.

Flo-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

Florentius de Montmorency
SOCIETATIS IESV.

Vicarius Generalis.

Cum librum, qui inscribitur *Nova de machinis philosophia*, a P. Nicolao Zucchio nostrae Soc. etatis sacerdote conscriptum, tres eiusdem Societatis recognouerint, & in lucem edi posse probauerint; facultatem facimus, ut typis mandetur, si ijs, ad quos spectat, ita videbitur: cuius rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, sigilloq; nostro munitas damus. Romæ 9. Augusti 1649.

Florentius de Montmorency

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palati Apostolici.

A. Rivaldus Vicefg.


EGO Io. Baptista Giattinus Societas Iesu, jussu Reuerendissimi P. Mag. st. i Sac. Palati, vidi librum Reuerendi P. Nicolai Zucchii, cui est titulus; *Nova de Machinis Philosophia*, &c. & nihil reperi contra sanam doctrinam: sed omnino dignum existimo, qui ad publicam utilitatem in lucem prodeat; cum rem ipsam attingere videatur, & abstrusam veritatem apte, atque accurate explicare.

Io. Baptista Giattin. Soc. Iesu.

Imprimatur
Fr. Raymundus Capizuccus Mag. & Socius Reuerendiss. P.
Fr. Vincentij Candidi, Ord. Praedicatorum, Sac. Pal.
Apost. Mag.

PAR-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



Ordo totius Operis.

P A R T E I.

Præmittitur breuis explicatio Machinarum , quarum communior Tractatio , & usus est apud Machinatores . Et proponuntur aliqua insolubilia in communi modo philosophandi de ipsis .

P A R T E I I.

Ostenditur insufficiencia Principij augmenti virtutis per Machinam, tum ex Aristotele, tum ex Archimede desumpti ; Et nulla eius ab aliqua prima Machina ad alias deductio. Proponitur, & explicatur nostrum Principium ; & ostenditur immediatè complecti vires omnium , & singularium Machinarum, quæ in adiumentum virtutis debilioris assumuntur : Non ita vires , quibus magna , & exigua moles humidi , in ampio vase , & angusto canali continuatæ , pro æquali supra horizontem altitudine consti tuuntur.

P A R T E I I I.

Soluuntur, quæ ex varijs Europæ Prouincijs, tum pro Aristotele , & Archimede, tum contra nostrum Principium obiecta sunt ab eruditissimis viris , examinantibus primæ impressionis folia , quæ continentur Parte 2.

Occasione obiectorum, & solutionum traduntur peculiaria. De Artificio Machinae.

De Centro Potentiae, quæ oritur ex connexione virium naturalium per Machinam.

De incremento virtutis , & decremento Resistitui per illum.

De vera mensura Virtutis , & Resistitui ratione medij , & debilitate argumenti Lynceorum contra levitatem positivam.

De vera mensura velocitatis , & tarditatis motus per Machinam exerciti.

De-

De nexu limitationis nullo modo immutare per Machinā
in virtute, in impetu, in motu debiliōri, cum victoria non
limitata deralidiori, & validiori restituo, in eodē ordine
De improportione cuiuslibet augmenti virtutis motiuæ per
Machinam cum dispositione, per quam corpora resistunt
penetrationi mutuæ, aut diuulsiōni, quando non potest
succedere aliud corpus inter diuulsa. Vide Parte IV. in
fine.

P A R T E I V.

Epistola prima ad Amicum de nouis experimentis, ad va-
cuum inducendum adductis: secunda dealiorum respon-
fis ad illam confutatis.

Quorū occasione explicantur peculiaria in prima Epistola.
De Antiperastasi, & Congelatione.

In secunda De condensatione, & Rarefactione continuo-
rum permanentium.

De continuatione successiōrum.

De mensurabilitate vacui.

De vi omnibus corporibus intrinseca, per quam, nullo mo-
do motuam, resistunt mutuæ diuulsiōni, quoties inter di-
uulsa nullo modo potest succedere aliud;

Cuius resistentiae exercitium à nulla peculiaris corporis dis-
positione præstari, à nulla illius virtute motuā, etiam
adiuta per Machinam, superari possit.

P A R T E V.

Dissertatio de vi magnetica connectente Terram cum ex-
tremo cœlo ad persistendam in centro vniuersi; non verò
Solem cum reliquis Planetis ad motum.

Quorum occasione explicantur.

Sect. I. Natura virtutis Magneticæ, quæ est eiusdem rationis
in omnibus, & varietas subiectorum illius, quorum ostendit
eam esse verū accidens, à substantia contradistinctū.

Sect. II. Directio illius in subiecto, cui permanenter inhæret,

&

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



& talis subiecti per illam in Mundo.

Sect. III. Determinatio Polorum diffusionis in Agnete Magneticō, & facierum virtutis, tum in radijs diffusionis, tum in subiecto, per eos permanenter affecto; & Refractionis radiorum magneticorum in illo.

Cur magnes armatus in ferrum pro aliqua distantia minus agat, et tamen quod proximum, cum tanto majori pondere, velut de eo suspensum adhaeret.

Sect. IV. Quae sit dependentia virtutis Magneticæ a præsencia Agentis, & dispositionibus accidentalibus Passi.

Sect. V. De oppositione inter virtutes magneticas eiusdem rationis ex varia directione, quam obtinere possunt in subiecto.

Sect. VI. De fine proximo motionum, & consistentiarum, quæ in subiectis constanter affectis per virtutem magnetica exercentur.

Sect. VII. Virtutem magneticam non esse ad disponendas, & vniendas partes in Toto, sed ad disponenda plura Tota magnetica inter se.

Sect. VIII. Terram habere in sua interiori massa virtutem magneticam, cum determinatione polorum; tum ad situationem sui determinatam in Septentrionem, & Austrum, tum ad diffusionem radiorum magneticorum.

Magnos Continentes diuertere verò à meridiana per radios Magneticos, receptos à polis Terræ, & in eis refraetos; & nō posse per Inclinationes, & Declinationes versorij determinari latitudines, vel longitudines Regionum.

Sect. IX. Coelum continens Mundum, & Immobile esse primum Magneticum, diffusionem virtutis Magneticæ; Terram verò, natura sua capacem illius, esse primum susceptiuū influētia Magneticæ; & sicut ex illo mensuratur dispositio diffusionis, ita ex hac dispositionem receptionis determinari.


Sect.

Sect. X. Virtutem magneticam esse in primis hisce magnetis, & extremis corporibus ad determinandos per aliquid intrinsecum Cardines in illis, & exercendam secundum eos constantem correspondientiam inter illa, per stabilitatem Terrae in medio; & consequenter ad constituantem de se stabilem climatum dispositionem pro Degenzia viuentium, quomodo ei à primo Conditore destinata est.

Sect. XI. Virtutem magneticam de se impedituam motus Terrae, quo per Zodiacum singitur à Pythagoricis, motu annuo circa solem agitari: non sic esse impedituam motus diurni, quo circa suum Axem dicitur conuolui ab ipsisdem; sed hunc per Grauitatem, illi iunctam in Terra sufficienter impediri.

Sect. XII. Nullam esse correspondentiam Magneticam inter Solem, & Planetas reliquos, praesertim prouocatiuam circuitus ipsorum circa illum, per conuolutionem in solari corpore verè existentem. Nullam pariter inter Lunam, & Terram; aut inter Lunam, & Mare, qua Marini aestus excitentur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



Errata sic corrigetur
Quæ in decursu operis asterisco notantur.

- Pag. 2. ad finem (cognito pondere) lege) cognito vnius pondere.
13. ad medium (non sufficiet ad) lege) non sufficiet sic paulo maior ad.
28. ad finem (eiusdem constitutio) lege) eiusdem extremo constituto.
65. ad initium (vnius vis) lege) cuiusvis.
137. ad finem (diu non hærentem) lege) diu hærentem non.
263. ad medium, deest confirmatio ex tenuissima charta interposita, quæ sicut
collit continguitatem inter partes ferri integri ex armante & apposito; ita
aufert talen divergentiam radiorum ad appositum, & effectum in illo Ma-
gneticum valde diminuit.
189. ad initium (magnetica à fuga (lege) magnetica impedita à fuga).
216. post medium (æquabilis per) lege) æquabili super.

Alia corrigetur ex non notatis.

- Pag. 8. ante med. exem (lege) Axem. 9. ad fin. signabiles (signabiles)
12. paulo post init. partæ (parte,) brachia (brachia)
15. prope fin. reiciamus (reiciamus. 20. circu:) circum
40. post med. admouens (ad monens. 41. post med. corr. / corresp.
56. paulo ante fin alitudinem (alitudinem
98. ante med. connectando (connectendo
301. ad med. præmittete (præmittere
329. post med. descend. (descend: 130. ante fin. eruditissimi (eruditissimi :
339. paulo ante fin. : grauitatem ipsiis, (grauitatem, i pñis.
341. post med. naturas (natura. 242. contra (contra
143. post med. propag. (propagationem
350. prope init. secund. (secund. ad med. corpuscula: (corpusculorum
151. ante med. conuicemus (conuincemus) crassitrem (crassitem
153. paulo ante fin. & postquam (at postquam
350. ad fin. directione (directioni. 163. prope init. : internis (inermis
164. prope fin. agitari; & (agitari, &c. Septentr: ; septentr:, &
180. tendetiam (tendentiam
168. prope init. impedituram quam (impedituram, quam
170. ante med. illumin. (illumin. 171. post. alte ius) alterius
176. post med. dicemas i) dicemus. 180. fine deter: (determi-
180. post. init. ficticium (fictitium , ad med. repulsionis repulsionis
189. prope init. fugiunt (fugiant. 193. prope fin. appositam (oppositam
216. post. med. intra leu: (infra leuiora .
219. ad fin. talia qualia (talia , qualia
322. post. med. Tubi opt: (Tubis opt: 323. init. Vis Magni (Vis Magni)

PARS

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

P A R S P R I M A.

De Machinis, quarum communis
est explicatio, & usus

R A T I O

D I C E N D O R V M .

NOVAM de Machinis philosophandi viam initurus, necesse habui aliqua de ijs præmittere ad perceptionem terminorum, & prægustationem difficultatum, quæ in communi modo philosophandi de illis occurserunt. Constitutionis autem Machinarum in adiumentum virtutis debilioris, & mirabilium, quæ per illas fiunt, veram causam parte 2. completemur.

S E C T I O P R I M A

De Libra.

Proponunt primò libram tamquam instrumentum, ad quod reliqua reuocentur, tūm quæ tamquam Machinæ simplices ab ijs explicantur. I. Vēcis, Trochlea, Axis in peritrochio, Cuneus, Vitis; tūm consequenter compositæ ex illis.

A

Nomine

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak


Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm



Nomine libræ intelligunt instrumentum secundūm duas positionis differentias ad A. & B. hinc inde extensum, & Trutina, seu Fulcro C. in duas partes C.A. & C.B. distinctum; dictas partes brachia Libræ vocant, quæ illi aliquando æqualia, aliquandò inæqualia attribuunt, ponderibus ad extrema illorum appensis, vel in certa proportione libratis. Aequalibus brachijs æqualia pondera appensa semper paria habent momenta, dum neutrum alterius, vel ratione ponderis, vel ratione distantiae à Trutina, vel alterius adiuncti, quod momento seruire posit, præualet; ac proindè, in quocumque situ sibi correspondentia collocentur, quiescunt.

Inæqualibus brachijs si pondera ita inæqualia appendantur, ut pondus appensum breuiori in eadem proportione superet pondus appensum longiori, in qua extensio longioris superat extensionem breuioris, pariter quiescunt: alioqui si pondera sint æqualia, vel inæqualia secundūm aliam proportionem fit motus, quo potentius computatis ponderi, & distantia à Trutina deorsum tendens alterium eleuat, ex quo sit, ut in usu communi cognito ponderet, & utraque distantia innotescat pondus alterius quiescentis; vel si grauius præponderet & descendat, aucta distantia alterius, fiat consistens; & ita habeatur notitia, quæ queritur.


S E.



S E C T I O I I .


De Vecte.

Vectis est instrumentum secundum duas positionis differentias extensum, & semper distinctum in duas partes, sed non semper à Fulcro intermedio; cum aliquando pondus mobile, aliquando virtus applicata intermedient; ex quo varia Vectis genera distinguntur. Cum



fulcrum in C. (quod & hypomoclion dicitur) intermediet, & extremis applicantur, in altero A. resistens, in altero B. virtus, est primum genus Vectis, idem cum libra, nisi quod communiter fulcimentum ab eo separatum ei in usu supponitur.

Cum vero



fulcimentum est in altero extremorum A. & in altero B. Virtus; resistens autem vincendum est in situ intermedio C. est secundum genus Vectis, prorsus à praedicta libra diuersum.

Vtrumque genus Vectis aptum est ad iuuandam debiliorrem potentiam, & in utroque valet, quod dictum de libra habente brachia inæqualia.

In Vecte autem secundi generis incipit mensura ab extremo illius sustentato in A., & procedit versus appositum extremum B; distantia enim virtutis à fulcimento est tota longitudo A. B; distantia vero resistentis benè computatur ab



A 2

extre-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel


Kodak

Gray Scale



extremo Vectis sustentato in A. ad C. signabile in Vecte,
cui medium resistentis correspondet.

Tertium genus Vectis est



cum extremo illius sustentato in A, mobile resistens existit in altero extremo B, & virtus applicatur inter utrumque in C. quod genus ab aliquibus omissum, quia non iuuat virtutem debilem ad vincendum potentius resistituum, sed potius requirit virtutem de se potentiorum resistituum, ut constat ex mensuratis, modo dicto in secundo genere, distantij; nihilominus placuit apponere, quia quoties abundamus virtute, & egemus velocitate motus, & extensione illius, potest esse maximo usui; quia applicatio virtutis in illo talis esse potest, ut dum illa tardius, & minus mouetur, mobile vincendum tanto velocius, & plus mouetur.

In adiumento, quod praestant virtuti de se debiliore Vectes primi, & secundi generis (reservato examine ad sequentem Tractatum de principio uniuersali augmenti virtutis per Machinam) placet hic aduertere duo: Primum est, quod iuxta applicationem regulæ traditæ in Libra habente brachia inæqualia, si pondus applicetur in tanto minori distantiâ à fulcimento, v.g. subdupla, respectu eius, in qua est applicata virtus sufficiet ad sustinendum illud virtus subdupla eius, quæ sine Vecte requiretur, paulò maior ad eleuandum; ita ut si distantia ponderis à fulcimento respectu distantiarum virtutis ab eodem sit, ut 5.palmorum ad 10, sufficiat virtus potens ut 5.respectu virtutis ut 10. quæ de se æquivaleret ponderi ad sustinendum; & paulò plus, quam 5. ad mouendum requiratur.

Quarè cum huiusmodi proportiones ex distantia diuisibili in



li in infinitum, quantum est de se, possint importare maiorem, & maiorem excessum vnius supra aliud in infinitum; poterit consequenter minor, & minor virtus in infinitum, cum tali excessu maioris distantiae à fulcimento, sufficere ad sustinendum, & mouendum pondus v.g. maius & maius in infinitum, sic minus & minus distans ab eodem (quod sine adiumento Vectis requireret maiorem & maiorem illa in infinitum) & hoc est maximum commodum ex tali Machina.

Sed habet adiunctum incommodum, quia iuxta breuorem distantiam ponderis à fulcimento tanto illud tardius mouebitur, & per tanto minus spatium, respectu tanto velocioris motus requisiti in virtute, & tanto maioris spatij decurrendi ab illa.

Secundum est, quod non solum (vt ostendemus in sequenti tractatu) ij, qui de Machinis scripsierunt, aberrarunt in assignanda causa augmenti potentiae per Vectem, cur sc. facta proportione, secundum quam vt se habet distantia ponderis à fulcimento ad distantiam virtutis ab eodem, ita sit virtus ad pondus, tunc fiat inter maius pondus, & minor virtutem consistentia; & si quid addatur distantiae virtutis, aut ipsi virtuti fiat motus, per quem praevalente virtute cedat resistens, & pondus eleuetur. Verum etiam loquendo de 2. genere Vectis, cum sc. fulmimentum & virtus sunt in extremis instrumenti, minus recte philosophati sunt; dum ex eo, quod sustentatio ponderis, in intermedijs appensi, partim à fulcimento, partim à virtute exerceatur, & utroque concurrente fiat consistentia, & quies, intulerunt: si quid addatur virtuti posse mutari consistentiam, & pondus eleuari. Licet enim ita de facto fiat; non tamen inde sequitur, sed ex communi principio augmenti virtutis per machinam, de quo tractatu sequenti; quantumuis enim fulmimentum in altero extremo sustinet Vectem, hoc ipso seruiat ad sustinendum id, quod innititur Vecti, & sic partia-

litèr

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel


Kodak
Gray Scale



liter cum virtute , sustinente oppositum extremum Vectis , concurrat ad impediendum descensum ponderis connexi cum Vecte ; attamen ad eleuandum operatur sola virtus , quæ sola sursum nititur , & præualet , nullo modo sursum nitente fulcimento : cum tamen in impediendo motu ponderis , & facienda consistentia , non sola virtus in suo extremo consistet , sed fulcimentum pariter in suo ; quare poterat inter virtutem , & fulcimentum aliquomodo diuidi consistentia ; non potest sic inter virumque diuidi eleuatio , quam sola virtus operatur , posita sustentatione oppositi extremi Vectis à fulcimento , tamquam mera conditione . si ergo pondere in medio Vectis existente , sufficiebat dimidium illius virtutis ad sustinendum , quæ , Vecte non concorrente , requisita fuisset ; quia fulcimentum secundum alterum dimidium verè impediebat descensum ponderis , quomodo quid quid addatur virtuti , sufficiet ad eleuationem , quam sola sua eleuatione debet perficere virtus ? cum enim ista responderet ante ponderi ut dimidia , non potest per illud multo minus , quod additur , fieri integra , & excedens , nisi aliunde iuuetur , quod ipsi non viderunt .



S E-

SECTO III.

De Axe in Peritrochio.



Constituit hanc machinam vectis secundi generis, cum in gyrum mobilis à virtute, vni extremo C. applicabili, altero D. innente, vel inclusō in materia solida, conformata in cylindrum, vel aliam figuram aptam sui volutio-ne conuoluere funem B. attractuum resistentis A. illi al-ligati: Huius Machinæ usus est, axe D. E. cui Vectis inse-ritur erecto, vel prostrato; & Vecte, vt indicaui, vel libe-ro, vt cum Vectes D. C. lignei, siue ferrei, immittuntur la-xiori foraminī cylindri v.g; vel inclusō, seu designato aliquo modo in materia continua, vt cum radij, seu scythalæ C.C. cum Tympano D. cui inseruntur, constituunt longitudi-nem illius usque ad medium Machinæ pertingentem.

Porrò huius Machinæ usus, & proportio virtutis ad re-sistens per illam cognoscuntur, si extreum Vectis, vel Scythalæ, cui applicatur virtus, comparetur secundūm di-stantiam à medio axis, cum distantia, per quam ab eodem elonga-




8 Pars I.

elongatur superficies corporis, vndē extenditur funis ad resistens mobile; perindē enim est, ac si vni extremo eiusdem longitudinis virtus ad esset, & alterum illius extremum talē motui in gyrum prouocando fulciretur in centro, resistens verò inter extrema esset appensum.

Hinc habetur, quod, quanto Vextes liberi sunt longiores, & rota conuoluenda amplior, vel de se, vel cum Scythalis extantibus, respectu axis, super quem conuoluitur funis, tantò facilius vinci potest per huiusmodi Machinam resistēs;

sed tardiūs moueri necesse est cæteris paribus: quarè si funis vbi semel super exemplum conuolutus est, iterum ac tertio super priorēs sui spiras conuoluitur, difficiliorem reddet virtuti motum, quiā minuet excessum distantiaē illius ab hypomoclio, supra distantiam resistentis, ab eodem; motum autem resistentis reddet velociorem, si virtutis motus in sua celeritate persistat.



S E C T I O I V.

De Trochlea.

Construi solet hoc instrumentum ex dupli capsula A. B. intrā materia m solidam continentे orbiculos C. C. D. D. circā axes, quibus in medio illius inseruntur, conuoludos, fune i/is circumposito, ita vt altera A. longius à resistente mobili F. alligata, alteri B. prop. ori illud alligetur.

In Trochlea, iuxta aptiorem modum philosophandi à prioribus propositum,
Primo



Sectio 4. de Trochlea.

9

Primo afferitur orbiculos capsulae A. remotioris à resistente mobili nullo modo prodesse, vt virtus illud sistens, aut mouens, id præstare possit, quandò de se est minor; cum se habeant per modum librae æqualia brachia habentis, axis enim eas in medio sustinet, & tām virtus, quām resistens mobile, secundūm æquales distantias, hinc indē circumpositum illis funem ad se trahere admittuntur. Quarè quod accrescit virtuti ad æquivalendum potentiori se, vel ad præualendum pari, aut etiam potentiori per Trochleas, totum sit à rotulis D.D. capsulae vicinioris B; in quibus communiter agnoscunt rationem. Vectis secundi generis, dūm longitudo D.E. designata, vt diameter in rotula, in altero sui extremo F. sifstir fane, cui alibi per alligaturam firmato extreum huiusmodi innitatur; pondus autē exerceat suam resistentiam in medio, vbi est axis; denique in opposito diametri extremo D. Virtus applicetur per funem, sic ex ea parte ab ipsa tentum: vnde inferunt; quod cum virtutis distantia à fulcimento sit duplo maior, quām sit ea, de qua pondus resistens exercet resistentiam, poterit ipsa duplo minor æquivalere ponderi requirenti de se duplo maiorem ipsa. Verum quæ ratio Vectis secundi generis esse potest in illis, cum tantūm moueat extreum diametri rotulae, in quo dicitur Vectis firmari, quantum mouetur oppositum extreum eiusdem, quod dicitur vrgeri à virtute, & æqualiter semp̄r mutentur huiusmodi diametri signatae in rotulis; vt semp̄r nouæ diametri horizonti æqui distanties in orbiculis benè suspensæ Trochlea sint signabiles? neque id fit præter rationem huius Machinae iuxta finem intentum per illam; immō maximē opportunum, vt rotulis conuolutis facilius fiat motus, & sursum ascendat pondus in directum, quod non fieret si alterum extreum diametri illarum, moto opposito, deberet consistere, vt consideranti patebit. rursus si impediatur rotulae inferiores D. E.

B

à con-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



ā conuolutione, & sic ab eis amoueatur omnis suspicio Vectis, deberet auferri omne adiumentum virtutis per Trochleam; nihilominus si tām funis circumpositus rotulis, quām ipsa benē leuigentur, vt in frictione sit minus impedimentum, excurrente fune inter rotulas potentia trahente, magnum illi accrescit ex Trochleis ita constitutis adiumentum; ergo illud rotulis etiam motis minus rectē tribuitur communiter Vecti in ipsis assignato. quare huius etiam nodi solutione magis constabit veritas, & usus nostri principij vniuersalis, quo vnicam, & veram causam assignamus augmenti virtutis per Machinam, vt sequenti Tractatu explicabitur. Interim aufer rotulas omnino, & appone annulos, inter quos excurrat funis, & istam opinionem falsitatis magis adhuc conuinces.


Secundo ex eo, quod id, cui in G. supernē alligatur funis, qui circumponitur orbiculo inferioris Trochlearū, concurrat ad sustinendum pondus ex æquo cum Virtute in H. sustinente funem ex altera parte; ita vt vtrique simul corresponeat totum sustentatum pondus; alteri vero secundū dimidium; inferunt, quod sufficente virtute secundū dimidium eius, quæ sine Machina corresponderet sustentato ponderi, ad sic sustinendum pondus per Trochleam, si quid addatur ultra dimidium poterit eleuare. Verum vt illatio sit bona, debent supponere, quod etiā ei, cui alligatus est funis, pariter corresponeat huiusmodi eleuatio ferè secundū dimidium, quod, vt dixi, de Vecte secundi generis, est falso; cum tota eleuatio debeat dici esse à virtute, quæ sola vltierius nititur; cum non sola ante consistere, nec sua consistentia solum alterum extremum funis firmaret, altero firmato ab alio consistente in G. esto ex principio tractatu sequenti explicando ipsa plus possit operari cum Machina in huiusmodi eleuatione, quam se sola posset.

Tertiō

Tertiò maiorem facilitatem , quād experimur in sustinendo , & eleuando pondere , quando funis est alligatus inferiori Trochlea , Alij prorsus omittunt , & non agnoscētes in orbiculis C. C. Trochlea superioris A; nisi Libram cum brachijs æqualibus , dum totum adiumentum refundunt in solos Vectes orbicularum D. D. Trochlea inferioris B, nēc eam explicant , nec explicare possunt ; quia dictos Vectes talis alligatura non mutat . Alij docent prouenire ex eo , quod in tali casu concurrunt plura ad sustinendum , & consequēter ad iuuandam eleuationem : Nam per ipsos consideratis duarum Trochlearum superioris & inferioris duobus orbiculis C.D. funis alligatus Trochlea inferiori , & ascendens ad orbiculum C. superioris , cui imponitur , est primum sustinens pondus F, quod de inferiori Trochlea B. pendet ; tum verò descendens ad orbiculum D. eiusdem inferioris , & ei suppositus , est secundum sustinens ; denique ab isto iterū sursūm eductus , & à potentia ei applicata detentus , est tertium sustinens ; & huiusmodi tria ex aequo ad talem sustentationem concurrere . Quare quomodo cumque multiplicentur orbiculi correspondenter in Trochleis , semper alligato fune ad inferiorem Trochleam aderit vnum sustinens , quod alibi alligato fune deerit ; ut videre est in particulari apud Guidubaldum propos . V. VII. & VIII. Sed hæc doctrina non videtur admittenda ; quia funis alligatus Trochlea inferiori , & sic ponderi de illa pendent , & sursūm eductus , nisi firmetur ab aliquo aptè ad suspendendum , non solum nihil iuuat ad suspensionem , vel

B 2

eleua.



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

eleuationem ponderis; sed potius suo pondere addito facit cum Trochlea inferiore, & pondere de illa pendente onus grauius, respectu sustentantis totum aggregatum. Sed non firmatur in occurrente extremo diametri orbiculi superioris, cui imponitur, cum is liberè conuolui possit, & sic ipsum cum reliquo pondere dimittere; quod si funis ex altera parte diametri dicti orbiculi superioris descendens firmetur ab alio, iam orbiculus superior in modum Libræ æqualia brachia habentis, cuius trutina sit axis illi insertus, per æquiponderans, seu æquialens sistet pondus ab opposito extremo dependens: Cum autem non adsit æquiponderans, & funis descendens subiiciatur orbiculo illius, liberè circa suum axem pariter volubili, nullam adest, à quo firmetur, seu sistatur, nisi potentia, quæ ipsum ab inferiori orbiculo sursum eductum sustineat, & qua ipsum dimittente, reuoluto liberè orbiculo vtriusque Trochleæ, pondus suspensum decideret. Quod si 2. ductus funis, à superiori orbiculo descendens, alligaretur etiam ipse Trochleæ inferiori, cui alligatus est primus ascendens, iam sustinens Trochleam superiorem, esset unicum adæquatum sustinens tam ipsam, quam inferiorem, & pondus illi conexum; & sicut esset inutile numerare ductus funis, quibus connecteretur pondus Trochleæ inferiori, tamquam tot sustinentes; quasi sustinens illam cum pondere connexo, non esset vnum adæquatum sustinens; ita prorsus inutile numerare ductus funis, quibus inferior Trochlea alligatur superiori ob eundem finem. Atque ita iuxta hunc modum philosophandi, alligato fine Trochleæ inferiori modo dicto, sola potentia esset loco æquibrantis, & non solum non iuaretur à tali alligatura ad sustinendum pondus, sed per illam auferetur adiuuans, quale est alterum firmans funem sibi alligatum, & cum potentia sustinens, tum ipsam Trochleam, tum pondus illi annexum, ut sit in communi usu huius



huius Machinæ. Facilitas igitur maior, quam experimur alligando caput funis Trochleæ inferiori, nodus est, quem Machinalem artem docentes soluere nequieverunt, & quem soluit principium vniuersale à nobis infrà afferendum, quo probatur debere adesse maior.

Sunt, qui afferunt pro regula generali ad agnoscendum quantum propositæ Trochleæ multiplicent virtutem. Si numerus serierum funis inter utramque Trochleam colligatur, is unitate dempta ostendat intentum; v.g. si sint duæ rotulæ inferiores, & duæ superiores, erunt 5. series funis, unitate dempta, remanent 4; Sufficiet igitur cum huiusmodi Trochleis ad eleuandum pondus quarta pars virtutis eius, quæ alioqui fuisset sine illis requisita: in quo multipliciter peccant; nám alligato fune inferiori Trochleæ illa unitas male auferitur; rursus etiam si iuxta duos vectes in rotulis Trochleæ inferioris fieret, vt ipsi volunt, adiumentum virtutis, nihilominus quarta pars virtutis, quæ sufficiet ad suffinendum, non sufficiet ad eleuandum pondus, vt suprà probauimus. Denique fallacia regulæ ex illorum principijs conuincitur, seu rectius ex regula manifestatur fallacia dictorum principiorum, si fiat progressus; nam additis duabus rotulis, altera superiori Trochleæ, altera inferiori, erunt 7. series funis; additis alijs duabus eodem modo, erunt 9; quarè, nisi regula falleret, signum esset in prima additione, dempta unitate, sufficere virtutem subsextuplam, in secunda suboctuplam; quod tamen secundum illorum principia esset falsum. Cum enim Vectis assignatus in rotulis, quæ suffinent pondus in medio, sempèr augeat potentiam virtutis per dimidium, sicut posita virtute, vt 8. de se proportionata ponderi vt 8; primus Vectis seruiet, vt sufficiat virtus subdupla; quæ hic est 4.ad 8; secundus vt sufficiat dimidia subdupla. idest subquadrupla, quæ hic est vt 2.ad 8; ita tertius seruiet, vt sufficiat dimidia subquadrupla idest suboctupla,

pla, quæ hic est. 1. ad 8; & sic deinceps addito 4; vt sufficiat medietas vnius, quæ est, vt vnum ad sexdecim.

At iuxta regulam allatam tertius Vectis addens cum duabus rotulis superiori, & inferiori duas series funis, dempta vna, assignaret virtutem subsexuplam; quartus addens vltterius alias duas series cum duabus rotulis assignaret virtutem suboctuplam, quæ scilicet esset vt 1. ad 8.

Quarè à principijs illorum regula discordat; at cum vera regula bona sit, exceptis duobus primò notatis, quæ sunt corrigenda in illa, falsitatis arguuntur principia, quibus ratio vectis constituitur in rotulis inferioris Trochleæ vt ab ea augmentum virtutis desumatur: concordat autem regula cum praxi, & vtraque cum principio vniuersali, parte secunda explicando, ex quo etiā illius veritas stabilitur.


S E C T I O V.

De Cuneo.


Cvneus est instrumentum ex materia solida, cuius basis solet esse quadrilatera ex altera parte longior; latera super basim sunt superficies sibi mutuò connuentes; ita vt duabus sibi oppositis in triangulum cuique proprium hinc inde terminatis, aliæ duæ ante completum triangulum desinant, per coincidentiam in linea, ad cuius extrema aliarum duarum cuspides terminantur. Ne mireris rei notissimæ obscuriorem esse descriptionem; sic enim in notissimis euenit. Vis illius est in diuidendo continua, quæ si habeant fibras duras ab illis etiā iuuatur scissio; sicut cum quis extrema diducta manibus in diuersa vrget; si fibræ vltterius exten-



extendantur duræ , tantò faciliùs causat vltiorem separationem , quantò illa extrema fuerint à loco scissionis vltius facienda remotiora ; sequitur tamèn illa multò facilùs per cuneum intèr dicta extrema progredientem , & eò faciliùs , quo is cæteris paribus in acutiorem angulum definit : quorum omnium ratio statim patebit applicato , vt videbimus , ad illa nostro principio , omnibus operationibus mechanicis communi , & singulis immediato . Constat etiàm , quod vbi fibræ duræ non prosunt ; Cuneus valeat ad diuisiam vltius inuicem remouenda . Cunei vim cum Aristotele aliqui explicant per duos Vectes primi generis , qui per sui medias partes fulciantur in extremitatibus diuidendorum , vel remouendorum , quas attingunt , postquam inter illa per sui cuspidem aliquantulum penetrauerint ; oportentur verò ad vincendum resistens per sui extrema , quibus in acumine Cunei coincidunt .



Alij recentiores per Vectes secundi generis , qui in acumine Cunei per coincidentiam se mutuò fulcientes , per media , quibus attingunt diuidenda , vel remouenda , vrgeant hinc indè illa ab inuicem . Sed contrà huiusmodi Vectes operantes in Cuneo apertas instantias attulimus in folijs primo publicatis , quæ afferremus Parte 2. pag. 2. Nunc reijciamus explicationem eorum , qui volunt latera Cunei , quibus attingunt diuidenda , vel remouenda , esse veluti plana inclinata , supèr quæ illa in ingressu Cuneimoueantur ,

tur; & quia facilius pondera per planum inclinatum eleuantur, quam per erectum perpendiculariter; ideo forma Cunei prosit, ut illa, facilius sic mota super eius latera, facilis abiungantur ab inuicem; ex quo vterius sequatur, ut existente tantò maiori facilitate motus in plano inclinato, quanto major fuerit eius inclinatio; ideo Cuneus in acutiorrem angulum definens, cum latera habeat magis inclinata, maiorem causet facilitatem in motu diuidendorum, & remouendorum super illa; & sic faciliorem diuisionem, vel remotionem. Videtur reici hic modus philosophandi; quia cum ex vna parte plano inclinato pondus innitatur, quod erecto solùm adhæret, & planum magis inclinatum, magis prematur à pondere ipsi innitente: Ex alia verò qui vtitur Cuneo non pondus vrgeat suprà planum de se consistens, sed moueat planum subiçiendo illud tali, ipsum in ingressu suo prementi; non potest inclinatio laterum subintrantis Cunei inter diuidenda, vel remouenda, ut inclinatio planorum est, dare facilitatem eius ingressui, nec maior laterum eius inclinatio dare maiorem; cum ex ijs sequatur maior pressio super illa.

Constatbit autem ex vero principio augmenti virtutis per Machinam, & sic facilitatis motus ab illa in resistente, cur inclinatio laterum Cunei ad huiusmodi facilitatem conferat, & maior ad maiorem. Modò satis sit, exclusis alijs modis explicandi vim Cunei, quæ per nostrum principium statim patebit, parasse nostro principio confirmationem.

Solet incuti impetus Cuneo, percussione per malleum, vel aliud instrumentum exercita; in qua sicut maior conatus percutientis, ita & velocior motus mallei, qui cæteris paribus sequitur posito eius manubrio longiore in manu percutientis, seruit ad maiorem impetum incutiendum; concipiunt enim quæ mouentur ab urgente extrinseco, & quæ carent virtute intrinseca, maiorem impetum ex motu velociori,



Sectio 6. de Vite, seu Cochlea. 17

velociori, dum virtus motens eum in illis applicatione sui causat, quod vero impetus, qui per centum passus transportasset malleum vnius Libræ, si malleus percutiat resistens ut centum, sit illud promoturus per passum, non potest ita facilè agnosciri, ut hæc regula praxi seruiat; cum non constet, qua proportione impetus omnibus partibus consequenter positis imprimatur, nec sit certa ratio mensurandi resistentiam, quæ confurgens ex combinatis conditionibus mobilis, motui pro tali medio, potest pulsi immittere motum.

SECTO VI.

De Vite, seu Cochlea.



Vitis est instrumentum ex corpore solido striato secundum spirales ductus, qui helices dicuntur ut vides in Fig. E.D. cuius usus multiplex, & vis ad aperienda, quæ videntur imperuia, & ad eleuanda pondera, si ritè applicetur, insignis est.

Explicant eius potentiam aliqui per latera Cunei, circumposita Cylindro v.g; & ita nullam in ea aliam virtutem agnoscunt, quam Cunei. Alij considerant helices in vite velut plana inclinata, designata per latus trianguli certo angulo oppositum, & parallelam illi ductam; si enim spatium illis comprehensum praecidatur, & circumponatur Cylindro v.g. ita ut quod praecisum est de latere altero, angulum cum ipso constitueret, coincidat cum extremitate Cylindri, describuntur helices vitis. Verum cum ijs ipsi, qui potentiam Vitis, seu Cochleæ explicant per Cuneum modo dicto, ipsam Cunei vim tandem reducant ad facilitatem

C

tenuem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4


<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

temmotus per plana inclinata, ut supra vidimus; Vtraque explicatio adiumenti per helices tandem coincidit; & per supradicta de Cunei potentia male sic explicata, simul cadit. Parte 2. agnosces, sicut in alijs Machinis, ita in hac, vim nostri Principij.

Adhibetur miro successu Cochlea ad eleuandam aquam



authore Archimede Circuponitur Cylindro E.D. Tubus secundum spiras helicis, altero eius extremo D. ad certam mensuram eleuato, altero E. immerso aquae: tum conuoluitur Cylinder, ita ut os hians Tubi ex inferiori parte aquae, cui immersitur, eleuetur versus superiorem; continuata enim tali conuolutione in superiori parte cylindri D. ex Tubo ibi aperito aqua effuerit; cuius effluxu si continuare abundantius velis, plures huiusmodi Tubos per spiras helicis circumponere Cylinder, ita ut eius superficiem vestias: maioris artificij est vestire sic superficiem Coni, cui sit præcisus vertex; Tubitamen à basi illius laxiores debent sensim in progressu coarctari; & est operæ pretium ex maiori aquæ abundantia, quam Conus excipiens intrâ Tubos, quibus vestitur, ad basin sic apertos, & per conuolutionem dictam eleuans, è superiori parte effundit.

Hujus effectus mirabilitas singulariter in eo se prodit,
quod



quod aseensus aquæ per cochleam obtinetur, aqua suo pondere semper in decliuora tendente. quod ut aliquomodo percipias, designa Triangulum A. B. C. in charta, seu lamina subtiliori, & alicui eius lateri C. B. duc parallelam inter ualio aliquo, quod sit instar latitudinis Tubi adhibendi, & extende illam, vt reliqua Trianguli latera A.B. & A.C. fecerit; latitudinem sic terminatam præcide, & secundum latus truncatum appone lineæ terminanti basim Cylindri; ibi enim firmata, & circumuoluta per latus integrum C.B. & parallelam, complectetur cylindrum, progressu secundum spiras ordinato. sicut autem in Triangulo A.B.C. dictum latus C. B. integrè assumptum posito quod iaceret alterum A. B. cum quo constituebat angulum, censeretur habere determinatam elevationem supra planum horizontale, quæ mensuraretur dicto angulo; & illam amitteret, si latus iacentis erigeretur, vt cum piano horizontali constitueret angulum prædicto angulo æqualem; si quidem, posita tali erectione sui, dictum latus constitueret ad latus assumptum, & ad planum horizontale angulos alternos æquales; & sic latus assumptum esset necessario parallelum horizonti. Similiter si Cylinder, cui latus assumptum, & ducta ei parallela ad spiras helicis constituentas, circumposita sunt, inclinetur supra planum horizontale ita, vt diameter basis cylindri constituat cum illo angulum æqualem ei, quem latus assumptum ad spiras helicis constituit cum truncato apposito ad orificium cylindri; planum secans cylindrum aliquomodo per lineam helicis, & pertingens ad dictum angulum, assumi poterit ut aliquomodo parallelum horizonti, ita ut diameter basis cylindri faciat cum utroque piano angulos alternos æquales.

Addidi in hac comparatione particulam (aliquomodo) quia in rigore Geometrico non potest duci planum secans Cylindrum per lineam iam adhibitam ad formandam heli-

C 2 cem,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4



<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

cem; quæ hoc ipso, quod est ei in spiram circumvolutum, non est in una superficie plana; nec mensura anguli, assumpti de supradicto triangulo, potest esse in rigore mensura inclinationis helicis: nihilominus cum istæ æqualitates angularum, & planorum situationes assumantur ad operationem physicam, non egent mensura rigorosa, & facilè per temperatam inclinationem Cylindri, de qua mox, vitari potest ne discrepantia geometrica noceat fini intento.

Atque ita dici potest cum dicta cautela, quod plana, quæ secabunt Cylindrum per ductus helicis, ad eamdem lateris positionem correspondentes primo, erunt similiter aliquando horizonti parallela: quarè si augatur tantisper inclinatio Cylindri versus horizontem, inclinabuntur pariter versus illum prædicta plana, quæ in priori situ Cylindri erant illi physice, ut ita dicam, parallela. Ex quo sequitur aquam, per orificium inferius in Tubum ingressam, dum illud, convolutione cylindri ab inferioribus ad superiora apertum eleuabitur, in occurrente latere helicis cum declinitate supradicta descensuram, cui, eadem Cylindri convolutione per gente, occurret aliud latus ad eamdem positionem cum sua simili declinitate similiter disposita. Cum igitur predictam convolutionem cylindri eleuetur sempè illa pars lateris Tubi, ex qua debet defluendo aqua recedere, sequitur quod sempè latus helicis, ad eamdem positionem consequenter occurrens, ad quam aqua peruenit, sumptum secundum se totum, & comparatum præcedenti, eleuetur suprasitum, in quo erat præcedens, quando aqua antecedenti motu defluebat in ipso; quia tamè in uno quoque latere ad eamdem positionem, & correspondenter præcedentibus, signabili, retinetur in tali situ cylindri sempè declivitas in anteriora illius, necessario aqua, sic pergendo intra illa in anteriora, descendet; & nihilominus, quia latera sequentia sempè sunt eleuatoria præcedentibus descendendo in illis, cū illis ascendet.

S E

S E C T I O V I I .

De Complicatione plurium Machinarum.

DVas ex pluribus hic propono; alteram ex progressu similiūm; alteram ex compositione dissimiliūm.

Prima igitur fit per rotas plures suis axibus sustentatas, ita tamē dispositas, vt vltimā sit insertus Cylinder, cui debet conuolui funis alligatus resistenti; singulis autem ad latu, vel connexa sit rotula minor eodem motu maioris rotanda, vel eius suppleat locum Cylinder singulis insertus, & ad similem positionis differentiam cancellatus; vt cancellis ingeri possint dentes rotæ subsequentis, qui ex illorum motu sunt impellendi: sic enim seriatim dispositis rotis pluribus, & inserto manubrio in Cylindrum cancellatum, omnibus præpositum, fiet motus à virtute, illi proxime applicata, in gyrum, & per illum mouebitur prima rota per suos dentes illius cancellis successiuē insertos; quemadmodum secunda à dentibus rotulæ ad medium primæ illi coharentis, vel cancellis Cylindri illi, vt diximus, inserti, & sic deinceps. Hoc modo agnoscunt plures Vectes primi generis concurrere ad vincendum ultimum resistens, quorum fulcimenta sint per axes Cylindri, & rotarum sustentatos in lateribus continentibus integrum Machinam, inter quæ sunt dispositæ, & consertæ rotæ; ita vt immediate virtus applicetur Vecti contento in dicto primo Manubrio: in secundo per cancellos Cylindri motos, & mouentes Vecti contento in prima Rota: tertio per dentes primæ rotulæ vel cancellos secundi Cylindri similitè motos, & mouentes Vecti contento in secunda, & sic deinceps. non apposui pro Cylindro cancellato cochleatum; licet multūm facilitent motum ad vincendum resistens helices sua conuolutione successiuæ.

pro-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4


<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

propellentes dentes primæ rotæ, sibi consertos; ne mutari progressum similiū Machinarum.

Secunda sit ex Vete, Vite perpetua, Axe in Peritrochio,



& Trochlea. Si quidem Manubrium insertum voluendo
cylin-



cylindro, cui circumpositæ sunt helices, habet rationem Vetus secundi generis; helices in Cylindro addunt vitem, cuius spiræ ita admittunt dentes rotæ appositæ, ut quot eius conuolutione propelluntur, totidem successuè admittantur propellendi, & constituunt vitem perpetuam: rota autem habens pariter pro axe Cylindrum, supra quem conuoluitur funis, constituit Axem in Peritrochio; & quia funis non necatur immediate resistenti, sed medijs Trochleis, de quibus pendet resistens vincendum, ultimum locum tenent Trochlea.

Et hæc de aliquarum Machinarum compositione, quæ insigniter iuuat virtutem mouentem, & de Machinis communiter visitatis indicasse sit satis.



PARS



PARS SECUNDA.

De vero Principio augmenti Virtutis per Machinam.

SECTIO I.

Expenditur Aristotelis sententia de principio auctæ per Macbinam potentiae.



RISTOTELES , qui primus eorum, quæ per Machinas fiunt, mirabilium causas inuestigasse videtur, & in quæstionibus suis machinatricem artem constituisse, in earum proœmio velut vniuersale principium statuit, quo tota ars nitatur, cùm ait, [omnium huiusmodi cause principium habet circulus] tūm verò propositis quibusdam, quæ videntur in circulo admiratiōne digna, illud ipsum principium sic confirmat [ea, quæ circa Libram fiunt, ad circulum referuntur, quæ verò circa Vectem, ad Libram; alia autem ferè omnia, quæ circa mechanicas fiunt motiones, ad Vectem] hæc ille; ita vt ex illius sententia circulus in omnibus machinis virtute contineatur, & virtutem omnium ipfe contineat.

Quæ tamè mītiùs sunt intelligenda, ne veritati prorsus repugnant: neq. enim in alijs Machinis, quæ sunt in vsu, ferè omnibus ratio Vectis reperitur, Nec mechanica motio, quæ fit fulcimento non consistente, secundum circulum.

BQD

Sect. 1. Expenditur Arist. de Vi mach. 25

exercetur: cum de ratione circuli, per delationem linea desribendi, sit consistentia alterius extremi illius; fulcimenti autem inconsistentia non se habet per accidens ad illam motionem mechanicam, cui si non adesset, necessario procuranda foret ab arte ad finem intentum; cum progressi, quo, & qua ars intendit, Mota nequeant, nisi motione, quæ sit mixta, fulcimento pariter moto; vt agitatem nauis per remos consideranti patet. Sicut igitur Aristoteles, vt mox explicabimus, proponit motum secundum Circulum tanquam motum ex progressione secundum naturam virtutis impellentis, & retractione praeter-naturam facta à centro, & nihilominus ut motum maximè machinalem illum agnoscit; pariter motus per tale machinamentum factus, concurrente motione fulcimenti ad constitendum motum aptum ad finem intentum, ut motus machinalis agnoscendus erit, non tamè propriè secundum circulum exercitus.

Neque exactius loquendo verum, omnem Vectionem ad Libram referri; cum de ratione Librae sit, ut fulcimentum me-

Fig. I




Fig. II

Fig. III

D

uentem;

diet inter pondus, & virtutem æquiponderantem, vel mo-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4


<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

uentem; & inter vester, qui sunt in usu, licet ille, cuius fulcimentum est inter pondus, & potentiam, quæ Veste vtitur, ad illud sustinendum, vel mouendum, (vt appareat in prima figura) sit instar libræ, cuius brachia sunt inæqualia, & fulcimentum infra constitutum, vt videre est in 2. figura; is tamen, cuius fulcimentum est in extremo illius, pondus verò intèr fulcimentum, & potentiam in opposito extremo collocatam (vt proponitur in 3. figura) prorsus est à libra diuersus.

Denique ratio Vectis non reperitur in cuneo, multò minùs in machinis, quæ motū secundū helices peragunt. Aristotleles quæst. 17. assignatur causam cur [à paruo existente Cuneo magna scindantur onera, & corporum moles, tamque valida sit impressio] agnoscit in lateribus Cunei duos Vester inuicem oppositos, & concurrentes in vertice illius, quibus vtatur per virtutem, percutiente malleo, impressam ad basim cunei; & iuxta conditiones Vectis primi generis, singulis pro fulcimento assignat extremitatem corporis scindendi, vel mouendi, ad quam peruenit linea dividens partem Cunei,



quæ cum Vertice illud subintravit à parte eiusdem extrà illud remanente, vt patet in figuris 4, & 5; onus autem remouendum à singulis vult esse id, quod singulis ad Cunei Verticem

ticem obsistere intelligitur. Verum cum operatio Cunei perficiatur, esto nec vertex, nec partes vicinæ vertici aliquid dimouendi corporis attingant, sed illæ solum, quæ sunt inter extrema distrahēdi corporis pro fulcimento as-signata, euidens est vim Cunei secundūm talem rationem Vectis minimè exerceri.

Immò quando partes vicinæ cuspidi Cunei attingunt corpus diuellendum, quæ ad dexteram illud attingit, nullo modo potest dici pertinere ad Vectem assignatum ad si-nistram, cùm necessariò dicenda sit spectare ad illum, qui ad dexteram basis incipiens, ad cuspidem usque Cunei ex-currere concipitur. Quod si ex tali percussione in basi per malleum facta, dicatur per vnam partem, ad cuspidem per-tingentem vrgeri alteram cùm eadē in cuspidē coēuntem ad impellendas partes corporis diuidendi, dicatur etiā, quod dūm hinc inde altera alteram premit, sibi mutuò potiùs resistunt, quām se mutuò vrgeant ad corpus hinc inde diuellendum.

Neque dici potest partem, quæ ad cuspidem Cunei con-cipitur impellere partes corporis diuidendi ad dexteram, v.g. pertinere ad Vectem pariter ad dexteram assignatum; cum id omnino sit contrà rationem Vectis, de quo est figu-ra I. quando scilicet fulcimentum mediat inter onus, & po-tentiam; in eō enim extremitates semper mouentur in con-trarias positionis differentias, dūm sempèr onus mouetur ad situm oppositum ei, in quem inclinat potentia pre-me ndo.

Minus placuit hæc assignatio primi Vectis in Cuneo Gui-dubaldo à Monte, atque ita in suis mechanicis, tractatu de Cuneo, eum rededit ad Vectem secundi generis; quoties scilicet, vt in figura 3, fulcimentum est in altero extre-morum, & resistens diuellendum v.g. mediat intèr fulcimen-tum, & potentiam, alteri extremo applicatam: quarè duos

D 2

secun

secundi generis Vests in Cuneo constituit, qui in illius cuspide sibi inuicem aduerantes per sua extrema fulciantur, & virtute in oppositis extremis ad basim per incussionem mallei accepta, vrgeant per sui media extremitates corporis diuellendi, ad quas pertingit linea, distinguens partem Cunei, extrà tale corpus extantem, ab ea, quæ subin- gressa est.



FigV



FigIV

Sed neque operatio Cunei per talem Vectem explicari potest: si quidem vbi aliquid Cunei subintrauit partes distrahendas, aliquomodo secundum initia diductas, potest Cuneus per vim incussam tam facilè vrgere extrema illarum hinc indè (velut pondus sibi obfistentia,) si verticem ab illis habeat multum distantem, quam facilè vrget, si parum distantem; immò facilius; & de facto facilius scindit Cuneus in acutiore angulum definens in figura 5. Licet comparando partem, quæ ingressa est corpus scindendum ad eam, quæ extra illud remanet, eamdem habeat proportionem distantiae, immò maiorem ea, quæ reperitur in Cuneo, qui secundum angulum minus acutum applicatur figura 4; ergo non adest ibi ratio Vectis, quæ secundum proportionem distantiae tam oneris, quam potentiae à fulcimento in altero eiusdem constitutio operatur; vt quo maior est excessus distantiae eiusdem virtutis à fulcimento,

suprà



Sect. I. Expenditur Arist.de Vi mach. 29

suprà distantiam resistentis ab eodem , eò facilius talis virtus superet resistentem .

Adde , quod idem operabitur Cuneus , si cuspipe caret , folumque aliquid Cunei decurtati residuum sit intèr extrema diuellenda ; illa enim pars Cunei , quæ iam subintravit , & sèpè saltèm non attingit amplius partes corporis diuellendi , vt videre est figura 4. & 5. perindè se habet ad ampliandam scissionem , siue adsit , siue non : Sed solum ad id consert pars , quæ per impulsum alterius pergenden , talia extrema diuellit magis ab inuicem , secundùm proportionem suæ maioris crassitie successiùe subintrantis . Et si quis cuspidem in Cuneo decurtato imaginaretur , sive pariter imaginationi deberet Vestem in Cuneo assignatū , qui verè in sui ratione non adest . Nihilominus Cuneus motum machinalem perficit , quo potentia debilior superat validius resistent ; cuius vera ratio constabit ex causa omnibus machinis communi , quām ex multiplicatione virtutis in nostra Sententia afferemus .

S E C T I O I I.

Quomodo in Aristotelis doctrina , & cur , facto secundùm circulum motu , vis debilior in maiori distantia à Centro applicata facilius moueat .

Aristotelis intentum non sicut probare solum in circumvolutione linea per alterum extremum , velut centrum , consistentis , punctum longius à centro distans velocius moueri ; ad hoc enim sufficiebat proponere illud moveri velocius , quod æquali tempore maius spatium pertransiit ,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4



<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

sit, maiorem verò lineam æquali tempore cum minori conuolutam maiorem circulum describere, & ita extremitatem illius, longius à centro dissitam, maiorem describere circumferentiam; & hinc inferre velocius moueri. Sed voluit, assignando causam dictæ maioris velocitatis in opero sa demonstratione geometricè designata, concludere potentiam, in extremitate magis distantia applicatam, mouere facilius, vt expressè subinserit in solutione quæst. 3. de Vete; & sic tandem inferre in tali maiori distantia sufficere minorem virtutem ad sustinendum pondus vel mouēdum, cui fundamento, tamquam ab Aristot. sufficienter constituto, nituntur, quæ Archimedes docet. lib. de Aequiponderantibus, dum vt Postulatum secundum, sine vlla probatione præmittit [*æqualia grauia ex inequalibus distantijs non æque ponderare, sed præponderare ad graue ex maiori distantia.*]


Causam igitur maioris, & minoris velocitatis, secundum quam mouentur, quæ à centro magis, vel minus distant, assignat Arist. ex duobus, quæ ad motum in gyrum concurrunt velut opposito modo, & quidem vario pro varia distantia extreimi mobilis à centro; Et sunt virtus motiuæ, quæ de se illud incitat in directum tali motu, qui esset illi sic ab ea moto secundum naturam, & vis retentiua centri, quæ cogit mobile deuiare à rectitudine per deflexionem, quæ eidem, à virtute motiuæ incitato, est præter naturam. Quod itaque proprius est tali principio retentiuo plus impediatur, ne obediat virtuti motiuæ, deflectendo magis à motu recto, ad quem ab illa inclinatur, motusque illius propterea fiat magis in transuersum, & præter naturam, adeoque tardior; sed extremum linea breuioris, vt potè vicinus centro, & ita principio retentiuo, plus participat in suo motu de flexu præter naturam; ergo tardius mouetur. Sicut è contra, quod plus distat à principio retentiuo in centro, minus retrahitur, & ita magis obsecundat virtuti motiuæ,

Sect. 2. de facilitiori motu in maiori circ. 31

uæ, plus accedendo ad motum rectum, qui est illi secundum naturam; adeoque velocius mouetur: sed huiusmodi est extremum linea longioris magis distans à centro; ergo illud velocius mouetur.

Ex tali autem vélut opposito modo, quo concurrunt principia talis motus, putat inferri non solum maiorem velocitatem extreimi remotioris à centro in linea longiori, sed etiam maiorem facilitatem; cum maior velocitas sit ex minori impedimento à motu, qui secundum naturam prouenit à tali virtute: quare non solum ex dictis de circuli motu, infert velocius, sed quæst. 3. de Vete facilius moueri.

Vt autem hoc fundamentum magis stabiliat, demonstrationem instituit ad normam geometricam, vt designatur in figura 6;



quæ distinctè probet partes lineaæ in circumvolutione circulum desribentis, quo viciniores sunt extremitati pro centro, eo magis retrahi à motu naturali, & plus participare de præternaturali; è contrà verò remotiores à centro magis participare de naturali, minus affici à retentione præter naturam. Sit circulus D. B. C. E. & intrà illum alius minor N. M. P. O. Sintque diametri maioris

D. C.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

D.C. & B.E. minoris verò N.P. & M.O. Deinde à puncto B. extremitate diametri maioris circuli ducatur in utramque partem tangens B.K. æqualis, & parallela ipsi A.D. & B.R. parallela, & æqualis ipsi A.C; & iunctis æquibus, & parallelis per lineas K.D. & R.C. compleatur rectangulum D.K. R.C. Iam si semidiameter A.B. intelligatur moueri, circulum describens, & peruenire ad punctum, vnde digressa est, manifestum est quod ad spatium A.B. reuertetur. Similiter linea A.M. conuoluta persistente extremitate A. redibit ad spaciū A.M. In tali autem motu conuolutionis extremitate linea A.M. quia plus retrahitur à centro, tardius mouetur, quam extremitate A.B., quod retrahitur minus à motu in directum, & naturali.

Ducatur enim linea A.L.F. bifariam v.g. diuidens quadrantes A.M.P. & A.B.C.; & à puncto L. vbi secat quadrantem minoris circuli erigatur perpendicularis ad ipsam A.M. quæ sit L.Q. Rursus ab eodem puncto L. ad latus R.K. rectanguli K.C. extendatur parallela Semidiametro A.B. & sit L.S. & vbi illa secat in puncto S. maiorem circulum, erigatur similiter alia perpendicularis ad A.B. & sit S.T. Denique à puncto F. vbi terminatur linea diuidens bifariam quadrantem B.C. maioris circuli, dicatur tertia perpendicularis ad A.B; quæ sit F.X.


Hac constructione peracta erunt L.Q.S.T. æquales cum sint latera rectanguli T.L. opposita; at verò linea B.T, quam perpendicularis S.T. abscondit de semidiametro A.B. maioris circuli, minor erit quam M.Q. quæ à linea L.Q. absconditur de A.M. semidiametro circuli minoris. Nam si æquales rectæ cadant perpendiculariter à circumferentia in diametrum in circulis inæqualibus, quæ est in maiori circulo secat minorem partem diametri, siquidem respondet velut chorda parti circumferentiae minus curuæ, ut constat ex demonstratis de sinibus; Sed L.Q. & S.T. mensurant motum

D.C.

Sect. 2. Cur facilior motus in maiori circ. 33

motum secundum naturam à virtute indirectum premente per spatium æquale; at verò B. T. & M.Q. mensurant retractionem præter naturam versus centrum; ergo in spatio æquali motis secundum naturam A. B. & A. M. magis retracta est extremitas M. minus distans à centro in linea A. M. quam extremitas B. magis distans ab illo, in linea A. B. ergo linea A. M; per æquale spatium secundum extremitatem M; mota est cum maiori resistentia, quam A. B. secundum extremitatem B.

Verum cum sit rationabile,



vt in motu utriusque lineæ circumlatæ A. M. & A. B. Sicut se habet id, quod est secundum naturam in motu extremitatis M. ad id, quod est præter naturam in eodem; ita se habeat quod est secundum naturam in motu extremitatis B. ad id, quod est præter naturam in illo; quo tempore extrellum M. peruenit in L. etiam extrellum B. peruenit in P. Nam ductis lineis L.M.F.B. existunt duo triangula L.Q.M. & F.X.B. æquiangula ad inuicem: quarè per quartam Sexti, vt se habet L.Q. ad Q. M. ita se habebit F. X. ad X.B. & permutoando, vt L.Q. mensura motus secundum naturam lineæ A. M. per extrellum M. ad F. X. mensuram motus secundum naturam lineæ A. B. per extrellum

E

B. ita

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

B. ita se habebit Q. M. mensura retractionis, quæ prætèr naturam sit à centro, in M; extrêmo lineaæ A. M. ad X. B. mensuram retractionis, quæ prætèr naturam sit à centro, in B. extremo lineaæ A. B.

Quarè cum in alio puncto, præterquam in F; non seruetur proportio, idest ut motus secundum naturam vnius ad motum secundum naturam alterius, ita qui prætèr naturam in uno ad eum, qui prætèr naturam in alio est; quo tempore punctum M. peruenierit in L. punctum B. peruenierit necessariò in F, hoc est extremitas remotior à centro mota erit tanto velocius, quanto maiore spatio decurso pro eodem tempore.

Concluditque Aristoteles explicationem huius fundamenti, cui tota vis machinatrix innitatur his verbis [quæ ab causam ab eadem potentia celerius fertur id, quod plus à centro distat, punctum, ex ijs, quæ dicta sunt, est manifestum] nihil aliud tunc addens de facilitate de qua postea quæst. 3. sic habet [quoniam autem ab æquali pondere celerius mouetur maior earum, quæ à centro sunt; duo vero pondera, quod mouet, & quod mouetur; quod igitur motum pondus ad mouens, longitudo patitur ad longitudinem: Semper autem quanto ab Hypomochlio distabit magis, tanto facilius mouebit]

Hæc ille; vel ex causis maioris celeritatis inferens im-
mediate maiorem facilitatem, quod examina-
bimus quomodo recte fiat; vel sumpta
pro principio fine probatione
ea propositione, de qua

Archimedes pro-
bationem
instituit primò Aequiponderantium
propositione 6; de qua
postea.




SECTIO

SEG T I O I I I.

Proponuntur quædam, quæ videntur allatum
fundamentum Mechanicæ infirmare.

I. **Q** Via progressus, quo probatur in quadrante inferiori figura 6. extremum B; in majori distantia à centro motum à grauitate, velocius moueri, si applicetur Superiori quadranti (ut habetur figura 7.) in qua extremum B. à puncto consistentiæ perpendicularis paulisper remotum, postea secundum grauitatem descendat, probat oppositum;



extremum scilicet longius à centro dissitum tardius moueri: Si enim circumuoluto circulo intelligatur D. peruenisse in E. & R. in K. (vt in dicta figura 7. videre est) retenta eadem Aristotelis designatione id fiet manifestum. Constat siquidem in spatio circumferentiae suæ extremum B. motum à grauitate, quæ de se inclinat deorsum versus A. & non ad. R. plus in proportione moueri præter naturam, quam extremum M. in quadrante Superiori circuli

E 2 minoris;

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1


/start.htm

minoris; si à puncto consistentiae semotum posteà secundum grauitatem descendat: nàm, vt cum Aristotele dicebamus iuxta demonstrata de finibus, æqualis linea ducta perpendiculariter à circumferentia ad diametrum plus abscondit de diametro circuli minoris, quam de diametro circuli maioris; at id quod absconditur de diametro, mensurat in Superiori quadrante motum naturalem deorsum; Linea verò perpendicularis ad diametrum mensurat motum præter naturam in transuersum illi respondentem, factum ex alligatione alterius extremi ad centrum; ergò velocius consequenter ad progressum Aristotelis & facilius dici debebit moueri extremum M. lineaë breuioris vicinus centro, quam extremum B. lineaë longioris magis distans ab illo, si intelligentur moueri in Superiori quadrante circuli.

Certè æqualis linea in utroque circulo ducta perpendiculariter à circumferentia ad diametrum ostendit æqualem motum præter naturam in tanto spatio ex alligatione ad centrum A. Sed in circulo minori iunctum maiori motui deorsum, mensurato à maiore portione diametri absissa per talem lineaem perpendicularē: pariter si velimus de diametro minoris circuli abscondere minorem portionem, quam ante, sed æqualem ipsi B.T. quæ ante absissa est de diametro maioris circuli, & sit M.I. vt habeamus in utroque circulo mensuram æqualis motus deorsum facti in Superiori quadrante, evidentē constabit existente in maiori circulo linea T.S. mensura motus præter naturam, iuncti motui secundum naturam, mensurato per lineaem B.T. non posse in circulo minori lineaem Q.L. esse amplius mensuram motus præter naturam, correspondentis motui secundum naturam, sumpti in illo, & mensurati per lineaem M.I. breuiorem quam M.Q. vt absissam de illa, & æqualem lineaë B.T; Sed mensuram talis motus præter naturam, sic correspondentis, esse necessariò breuiorem, quam Q.L. & ere-

erectam à puncto I. longius à centro A. distanti, perp-
iculariter suprà diametrum ad circumferentiam usque v.g.
in H. Ac proindè sumpto æquali motu secundùm natu ram
mensurato in Superiori quadrante utriusque circuli lineis
æqualibus B.T. & M.I. eum in superiori quadrante mino-
ris circuli habere multò minus admixtum de motu præter
naturam, quam in superiori quadrante circuli maioris, &
consequentè ad Aristotelis ratiocinationem in superiori
quadrante minoris circuli velocius, & facilius exerceri.

Quod si quis dicat ad fulciendam Aristotelis doctrinam



Primo Rationem minoris velocitatis & facilitatis in superio-
ri quadrante maioris circuli petendam ex eo, quod in tali
situ graue nitens deorsum à B. in S. cum alligatione ad cen-
trum A. magis sustentetur super centrum A. quam in qua-
drante circuli minoris, dum nititur deorsum ab M. in L.
Etiàm si totum admittatur, non soluet oppositionem à nobis
factam; quia cum hoc ita conueniat tali motui in superiori
quadrante maioris circuli exercito à grauitate cum alliga-
tione ad centrum A; sicut tali motui grauis in inferiori
quadrante minoris circuli conuenit, ex alligatione ad idem
centrum A. per Aristotelem, maior retractio à motu recto,
poterit

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

poterit secundum eādem ratiocinationem illius , suprà propositam , probari utrumque in motione mechanica secundum circulum exercita euocare; quod scilicet longius à centro distans extreum velocius , & facilius mouetur , vt in quadrante inferiori ; & quod longius distans à centro extreum tardius , & difficilius mouetur , vt in quadrante Superiori .

Quod si dicas secundò virtutem mouentem , in qualibet parte conuolutionis consideratam , vrgere de se in directum , secundum lineam tangentem circumferentiam , quām suo motu designat linea diametralis per extreum à centro distans ; atque ita cum in qualibet parte dictæ conuolutionis semper per circumferentiam maiorem descriptam ab extremitate longioris remotiori à centro , minus recedatur à tali tangente , quam per circumferentiam circuli minoris , descripti ab extremitate brevioris viciniori centro ; sequi manifestè motum per maiorem circumferentiam extremitatis magis remoti à centro , minus participare de retentione præter naturam , ac proinde velocius , & facilius exerceri , quod Aristotiles intendebat .

Suppositum est falsum de grauitate , quæ de se deorsum inclinat , & non sequitur directionem tangentium passim designabilium modò ad hanc , modò ad illam positionis differentiam . Destruit præterea progressum Aristotelicæ ratiocinationis , procedendo diuersimodè in assignanda mensura retractionis factæ à centro præter naturam inclinacionis virtutis mouentis , vt statim patet illam recognoscendi . Denique si applicetur quadranti superioris circuli , eamdem cum illa patitur instantiam .

II. Videtur deficere Aristotelis discursus , qui non procedit ex ijs , quæ per se conueniunt circulo , & virtuti mouenti secundum illum : licet enim in aliqua combinatione particulari mouentium admitteretur talis proportio retractionis

Actionis prætèr naturam à centro , & progressus secundùm naturam à virtute in extremo sic distante ab illo ; nihilominus cum possit applicari ad mouendum virtus, quæ non impellat de se in directum illam extremitatem, cui applicatur, sed eam sibi circumlatæ vnitam circumflestat in gyrum, nulla erit retentua , quæ sit illi præter naturam à centro , & nihilominus velocius mouebitur à dicta virtute extremum lineæ longioris , magis distans à centro , & facilius ad vincendam resistentiam .

III. Quia etiam si ille discursus admitteretur ad probandum maiorem velocitatem in motu extremi magis remoti à centro ; quia pro eodem tempore percurrit modo dicto maius spatum : nunquam tamen probaret maiorem facilitatem ad mouendum in spatio proportionali ; immo ostenderet eam nondari . Si enim ex retractione prætèr naturam oritur difficultas , & in motu lineæ longioris secundum extremum magis distans à centro , quantò maior est motus secundùm naturam pro tali tempore suprà motum secundùm naturam extremi lineæ breuioris , tantò etiàm pro eodem tempore maior est retractio prætèr naturam à centro in tali motu ipsis , suprà retractionem , quæ reperitur in minori motu extremi lineæ breuioris tali tempore pariter exercito ; iam non maiori facilitate mouebitur extremum lineæ maioris in spatio majori , quam extrémum breuioris in spatio proportionali . Et quia in motionibus Mechanicis velut suprà centrum in fulcimento exercitis fiunt motus per extrema breuiorum , & longiorum linearum proportionales secundùm circumferentias , eadem erit difficultas mouere extremum lineæ longioris per tantam partem suæ circumferentiaæ maioris , ac mouere extremum breuioris per partem illi proportionalem suæ minoris circumferentiaæ ; & consequenter æqualia pondera in distantijs inæqualibus à fulcimento æquè facile mouerent , quia secundùm eamdem propor-

proportionem mixtionis inclinationis, & resistentiae mouerent iuxta dicta, quod est contrà intentum Aristotelis, & expressam legem, quam in motionibus mechanicis ex hac doctrina præscribit quæstione 3. de Vecte. Quod scilicet quanto ab Hypomochlio distabit magis, tantò facilius mouebit.

Non videtur igitur dictis, & probatis ab Aristotele de motione, & conditionibus Circuli niti sufficientè vis Machinalis, etiàm determinatè secundùm Circulum exercita. Posset autem si satis probasset secundùm proportionem excessus distantiae à centro suprà distantiam resistentis motorem applicatum tantò facilius per se loquendo mouere: Statim enim inferri posset secundùm proportionem excessus distantiae suprà distantiam sufficere minorem virtutem respectu ponderis ad illud sustinendum, hoc est æquiponderandum, quod ipse eadem quæst. 3. de Vecte videtur insinuare illis verbis (quod igitur motum pondus admouens, longitudo patitur ad longitudinem) & consequenter aucta proportione excessus distantiae suprà distantiam, ut hanc illa magis excedat, quam virtus à pondere excedatur, tunc virtutem tantò minorem, applicatam in vterius maiorì distantia, non solum sustinere, sed mouere.

Aristotelis doctrina melius explicatur, & certius conuinicitur Parte Tertia in solutione trium obiectionum, primò propositarum pro illa,

S E C T I O I V.

Expenditur Archimedis doctrina de potentiae ratione in Vecte.

Tentauit modò dicta demonstratione stabilire Archimedes, & cum eo alij ad propositionem Sextam lib. I. Aequi-




Sect. 4. Expenditur Archim. doctrina. 41

Aequiponderantium : sed ratiocinationes omnium , quos legere licuit , non effugunt instantias , quas subijciam ad doctrinam Archimedis .

Qui duas magnitudines commensurabiles , sed inæquales secundum proportionem duplam (in textu illius est sesqui-altera , sed perindè est) ex puncto C. æquiponderantes ex distantijs habentibus vice versa eamdem cum ponderibus rationem , diuidit per communem mensuram in partes sex v.g; & spatium inter illas duplicatum fecat pariter in tot partes æquales , quot ex utraque magnitudine assignatae sunt . Tandem in distantijs æqualibus singulas ex utraque magnitudine partes æquales appendit . Hac constitutione supposita videtur sic probare intentum .

Distributis v.g. sex magnitudinibus grauitate æqualibus in distantijs ab iniucem æqualibus , (vt apparet in figura 8.)



centrum grauitatis aggregati ex illis omnibus erit ad punctum medium C. circa quod numero , & pondere æqualia , in distantijs æqualibus consistunt ; quare si fulcimentum apponatur ad punctum C. consistente longitudine , in qua sic sunt disposita , fiet æquiponderatio , & quies .

F

Sed

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

Sed dum omnium sex magnitudinum prædictarum, sic dispositarum, centrum grauitatis est ad C. ob eamdem rationem quatuor magnitudinum ex illis S.T.V.X. centrum grauitatis est ad punctum E. circa quod binæ hinc inde grauitates æquales in distantijs, æqualibus pariter consistunt: similitè, & reliquarum duarum Z. M. centrum grauitatis ob eamdem rationem erit in D. Idem verò respectu communis centri grauitatis in E. præstant quatuor illæ, siue remaneant distantijs æqualibus inuicem dissitæ circa illud, siue simul vnitæ ex illo pendeant. Similitè duæ illæ circa commune centrum grauitatis D; si ergo intelligantur (vt in figura 9.) quatuor S.T.V.X. collectæ pendere ex E, & illæ duæ collectæ pendere ex D, fiet consistentia, sicut quando sex pondere æquales in distantijs æqualibus erant distributæ.

Sed in hac dispositione, sicut magnitudo ex illis quatuor collecta in E. excedit magnitudinem ex dictis duabus collectam in D; ita vice versa longitudo totius lineæ C.D, hoc est distantia ipsius D, ex quo pendet magnitudo ex duabus collecta à fulcimento in C, excedit longitudinem lineæ C.E. hoc est distantiam E, ex quo pendet magnitudo ex quatuor illis collecta, ab eodem C. Ergo si distantia ad distantiam mœrita se habeat permutatim, vt pondus ad pondus, seu virtutem, æquiponderabunt.

In hoc discursu, si quod assumitur (existente centro grauitatis omnium in C. simul quatuor ex ijs commune centrum grauitatis habere in E.) intelligatur de centro grauitatis, in quo illa absolutè spectata grauitate possint, nisi aliundè impedianter, verum est: sed si intelligatur de centro grauitatis, in quo illa quatuor exerceant grauitationem, dum exercetur grauitatio omnium sex ad C. falsum est; siquidem apposito fulcimento ad C, magnitudo X. vnitur cum alijs duabus Z. M. ad eamdem positionem vltra punctum C.


ad



Sect. 4. Expenditur Archim. doctrina. 43

ad exercendam æquiponderantiam, respectu aliarum trium ad oppositam positionem ponderantium, non autem cum magnitudine V. existente in opposita positione ad exercendam pro eodem tempore ponderationem, & æquiponderationem ipsorum quatuor X.V.T.S. in puncto E.

Quod euidenter ostenditur; quod si minuatur, vel auferatur pondus X. eleuabitur pars V.T.S. quæ est à C. versus Z. M. & deprimetur opposita, ergo magnitudo X. ad illam partem ylra C. vbi Z. & M; quæ ipsa immuta,



vel ablata eleuatur, constituebat ante in actu exercito suum pondus, & non cum alijs tribus V. T. S. in puncto C. ad partem oppositam: Siquidem talis pars, in qua V.T.S. cum ante consisteret, postea ipsius X, per imminutionem, vel ablationem eiusdem, remoto confortio, si quod aderat, statim deprimitur; deberet autem omnino eleuari si X. ante, dum fieret consistencia, ponderasset cum tribus V.T.S. in E. velut detracta parte cum illis tribus ante ad eamdem positionem in E. ponderante.

In hoc Primo videtur consistere fallacia modi procedendi in tali ratiocinazione; quod scilicet supponat, dum om-

F 2 nium

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

nium sex magnitudinum ponderatio, & æquiponderatio exercetur in C. ipsarum quatuor X.V.T.S. ponderationem, & æquiponderationem exerceri pariter etiam in E. nam assumit illas in proprijs distantijs æqualibus idem præstare, respectu puncti E, ac si simul iunctæ ex puncto E. solùm penderent.

Secundò quod etiamsi, dum sex magnitudines in grauitate æquali, & distantia dispositæ exercent ponderationem, & æquiponderationem ad punctum C, quatuor ex illis modo dicto exercecerent etiam eam ad punctum E. quando postea assumunt idem omnino esse respectu totius ex omnibus sex collecti, si ipsæ quatuor X.V.T.S. unitæ pendeant ex solo puncto E, ac si remaneant, vt prius dispositæ in distantijs æqualibus, per propria singularum grauitatis centra, punctis sic æqualiter distantibus respondentes, paralogizant: prius enim X. per suam dispositionem cum Z. M. habens suum momentum cum iisdem ad positionem eamdem ultrâ C. determinabat punctum C. dispositis alijs numero, grauitate, & distantia æqualibus ad positionem oppositam, vt esset illud, circa quod æqualia existerent momenta: facta autem mutatione dispositionis, suspensis quatuor X.V.T.S. unitis ex puncto E. iam magnitudo X. ultra C. ad positionem, in qua existunt Z. M. nihil prouersus habet, sui momenti, & ita non perinde se habet, vt prius se habebat respectu reliquorum ad constituendam, & probandam æquiponderantiam omnium per commune centrum grauitatis in C.

Quod si transposita magnitudine X; & cum alijs tribus V.T.S. suspensa in puncto E; & remanente fulcimento ad C. adhuc perseverat æquilibrium, id dici poterit prouenire ex eo, quod in ista pariter dispositione illarum remanet vera causa consistentiæ, quam hæc, & similes probationes non agnoscunt, & quam mox subiungemus & proponemus exami-

examinandam, ut verùm, primùm, & vnicum fundamen-
tum Mechanicarum motionum, & consistentiarum, quæ
ex modo applicationis per Machinam à virtute, alioqui de
se minori, & impari ad eas præstandas, exercentur.

Progressus Archimedis, & eius debilitas distinctius co-
gnoscetur ex dicendis Parte 3. se ct. 2, in qua instantiæ con-
trà illum hic positæ, solutis obiectis, stabilientur.

S E C T I O V.

Explicatur vera Ratio auctæ per Ma-
chinam potentiae.

Accipio primò omnia mensurabilia eiusdem generis, &
commensurabilia inæqualia hoc habere; ut nihil sit
in ijs tam magnum, quod non possit æquari, immo supera-
ri multiplicatione alterius in determinata quantitate minoris.
Cùm enim omne finitum ablatione finiti in determinata
quantitate tandem consumatur, si secundum talem
ablationem à maiore fiat augmentum minoris, evidentè
constat posse ipsum æquari maiori, & tandem illud exce-
dere.

Placet autem perspicuitatis, & breuitatis causa in solis
commensurabilibus doctrinam proponere, quām constabit,
ex dictis ad propositionem 7. primi æquiponderantium
ab Archimedē, posse etiam incommensurabilibus applica-
ri; & secundum Mechanicam applicationem incommen-
surabilia pondere reduci ad æquilibrium.

Accipio 2. tantumdem esse, saltem non minus valere, in
ordine ad motum perficiendum, virtutem motuam, ut
vnum, successiue applicare ad mouendum per spatium
quinque palmarum v.g. correspondenter vni palmo post
alium; atque successiue applicare quinque virtutes, ut vnum,
vnam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

vnam post aliam; ita ut singulæ pro singulis palmis moueant: cum enim, facto motu per primum palmum, virtus, ut vnum, supersit potens pro sequenti palmo præstare quicquid potest quælibet alia ipsi æqualis, alioquin non essent potestate æquales, tantumdem modo dicto erit eam, quæ motum effecit per primum palmum pergere ulterius ad mouendum per secundum, atque loco illius aliam substituere æqualem ad mouendum per secundum, & sic deinceps. Quare vis mouens successiue per spatium quinque palmarum, in ordine ad sic mouendum, æquiualeat quinque virtutibus, quarum vna post aliam applicentur singulæ ad mouendum per spatium vnius palmi. Virtus ergo, quæ continuè mouet, secundum diuisibilitatem motus in ordine ad partes spatij, æquiualeat alijs virtutibus sibi æqualibus, quæ successiue applicentur ad mouendum vna post aliam, singulæ pro singulis distarum partium; & ita virtus continuè mouens æquiualeenter replicatur in partibus spatij ad efficiendum in ijs talem motum.

Accipio 3. si ad sustinendum, mouendumque aliquod pondus, aut vincendam aliquam resistentiam sufficiat virtus ut quinque v.g. perinde esse in medio apto v.g. aere, applicare solum vnum, quod habeat virtutem, ut quinque, atque applicare quinque, quæ singula habeant virtutem ut vnum. Dantur enim effectus ad quos præstandos extensio æquiualeat intensioni; ut in materia de qua loquimur, tantumdem in medio apto v.g. aere ponderant quinque corpora, quorum singula sint vnius libræ, ac vnum quod dicatur esse quinque librarum, continens scilicet tanto plus gravitatis sub tanto minori extensione; ac tantumdem valeat decem homines, quorum singuli possint sustinere centum libras, debitè applicati ad sustinendum onus mille librarum, quantum valet unus, qui possit solus mille sustinere.

Ex quo infertur consequenter ad supradicta, quod si ad mouen-



mouendum aliquid sufficiat virtus, vt quinque, & haec super pleri possit per quinque mouentia, in quorum singulis sit Virtus, vt vnum; posse etiam suppleri per applicationem, vnius habentis virtutem, vt vnum, quinque replicatam; si secundum illam sic replicata possit æquivalere illis quinque.

Accipio 4. In motibus, qui eodem tempore fiunt cum differentia velocitatis majoris in uno, quam in altero: quod licet singulæ partes velocioris sint una post aliam, & comparatae inter se, nunquam pro duratione vni correspondente existat alia; attamen, comparatae ad partes tardioris in data proportione, semper retinent simul dictam proportionem excessus; cum respectu tardioris totius, & cuiuslibet partis signabilis illius sit maior velocitas secundum datam proportionem in altero. Dato igitur motu in quintuplicata proportione velociori respectu alterius sic tardioris, sicut totus respectu totius, ita partes vnius ad partes alterius, proportionali mensura temporis signabiles, habent excessum suum velocitatis, vt quinque ad vnum; & sic respectu totius, & cuiuslibet partis illius ponunt, vt quinque cum uno; ita vt comparatione dicti vnius non habeat excessus, vt quinque, successionem: alioqui si dum correspontet excessus, vt vnum, non responderet similiter, vt duo, vt tria, vt quatuor, esset assignare aliquid talis motus tardioris, cui pro aliquo signabili temporis in velociori non responderet, nisi velocior, vt vnum, vel velocior, vt duo &c. quod est impossibile, pro tunc enim esset, & non esset velocior, vt quinque.

Esto igitur in motu velociori si omnium partium suarum successionem vnius post aliam, vt nequeant inter se duratione penetrari; respectu tamen motus tardioris in dicta proportione dici potest, rationem talis excessus, vt sic, non habere successionem, sed simul esse.

Collige ex his; quod quia secundum dictam proportionem virtus vt vnum v.g. in motu velociori, vt quinque applicatur

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

plicatur ad mouendum pro tanto spatio, quod in quolibet signabilis se habet, ut quinque ad vnum respectu spatij, in quo correspondenter fit sic tardior motus; æquiualebit ipsa virtus, ut vnum, pro toto spatio in tali proportione excedenti mouens, quinque motoribus sibi æqualibus, qui successivè vnum post alium singuli pro tanto talis spatij applicarentur admouendum.

Sed quinque motores, ut vnum, respectu ponderis, ut quatuor v.g. dum retinerent pro quocumque signabili temporis in dicto motu velociori ad illud datam proportionem, ut quinque ad quatuor, superarent illud, ergò etiam virtus, ut vnum, quæ pro quocumque signabili in motu secundum datam proportionem velociori, æquiualeat illis quinque, præualebit respectu ponderis ut quatuor.

In ista igitur connexione virtutis minoris cum alio ipsam simplicitè excedente, secundum quam sic applicantur, ut, si moueantur, necessariò pro eodem tempore motus minoris sit maior respectu motus excedentis in eadem, vel etiam in maiori proportione, quam sit excessus illius simplicitè accepti supra minorem, consistit totum artificium Machinae ut sic, quæ assumitur ad adiumentum virtutis minoris ad æquialendum, vel præualendum potentiori; quia cum hac connexione minus potest æquialere maiori, & ita causare consistentiam, vel etiam illud superare, & sic mouere vincendo resistantiam illius: licet enim absolute sit minus; in tali tamè applicatione in ordine ad actum secundum, qui iuxta eam natus est sequi secundum talem proportionem, vel æquat, vel excedit; & augmentum virtutis per machinam est à replicatione ipsius in motu velociori, secundum quam æquiualeat multiplicibus, quæ sic multiplicia, vel compensant, vel excedunt id, quod ipsis minus multiplicibus præualeret. Quia talis replicatio, vel æquivalentia, licet in ipso motu virtutis minoris habeat successionem, quæ repugnat



gnat coexistentiæ partium signabilium in illa , respectu tamen motus tardioris secundum datam proportionem , qui , ex connexione per Machinam , natus est correspondenter sequi in excedente ipsam , habet ut coexistat secundum illam proportionem simul cucumque signabili illius , ut supra diximus num.4. & ita , pro quocumque signabili talis motus sic tardioris , possit æquivalere excedenti , vel illud superare .

Quod si dicas , verum quidem esse , quod virtus de se minor pondere , cum quo sit connexa per Machinam , si in tali collocatione moueat , vincet secundum replicationem multiplicatam sui in tali motu velociori dictum pondus , in tanto minori motu sic minus applicatum ; nihilominus dicam virtutem non probari incipere posse motum , quo illud vincat ; cum absolutè sit minor respectu illius .

Adde ad complendam probationem , necessariò illam tam motum incepturam ; alioquin , vel tale pondus eleuabit illam sic minorem , licet in tali collocatione positam , vel sifstet , quorum vtrumque est impossibile .

Si enim dicatur eleuare ; iam illa in suo motu exercito in tali collocatione non æquivalebit ijs , quæ excedunt tale pondus , quod est contra ante constituta , & admissa .

Si verò dicatur sistere tunc stabant duo in æquilibrio , quorum alterum , licet augeatur altero immutato , non auferet æquilibrium inter illa ; quod patet ex eo , quia pondus , vt quatuor , quod dicitur sistere talem virtutem , vt unum , modo dicto applicatam per Machinam , etiam si cresceret donec æquivaleret totidem , quibus illa æquiualeat in suo motu iuxta dicta , & sic fieret pondus , vt quinque ; non tamè posset cum tali augmento supra æquilibrium assertum facta illam mouere ; siquidem in exercitio talis motus non posset illam excedere , ne dicatur in exercitio talis motus dicta virtus illis totide[m] simul æquivalere , & non æquivalere .

G

Quare


Quarè omnino dicendum est, quod si virtus, vt vnum v.g. ità connectatur per Machinam cum pondere, vt quatuor; vt si fiat motus, illa secundum motum velociorem, vt quinque respectu correspondentis motus tardioris in pondere, agnoscatur replicari, de facto præualebit, & mouebit dictum pondus.

Sed Parte 3. in solutione Obiectionis 4. directè ostendetur, quod hic probatur per deductionem ad impossibile.

SECTIO VI.

Proponitur Assignata Ratio augmenti virtutis per Machinam in Vecte.

Quia in pluribus mechanicorum instrumentorum exercentur motus, inuicem ordinati, & mensurabiles per longitudines, quæ ratione communis fulcimenti instar semidiametrorum describunt circumferentias, aut partes illarum inuicem proportionatas, vt se habent longitudines; & quia proportiones in ijs facile assignantur, explicandam duximus in aliquo ipsorum allatam doctrinam.



Sit Vectis [vt in figura X.] A.B. diuisus in C; ita vt di-
stantia



Sect. 6. Applicatur Princip. Vecti. 51

stantia B. ab ipso C. sit quinques maior, quam distantias A. ab eodem C. tum ex A. pendeat pondus quatuor librarum, & in B. sit pondus vnius libræ, seu virtus potens sine Vecte vni libræ æquialere. Posito sustentaculo in C. fiet punctum C. centrum, circa quod duæ longitudines C. A, & C. B. si moueantur eleuato A. v.g., & depresso B. describent in motu dicta extrema A, & B. circumferentias seu partes illarum ita proportionatas, vt ex demonstratis ad II. propositionem libri 5. apud Pappum Alexandrinum, ita se habeant circumferentiae, & partes illarum inter se correspondenter designatae, vt diametri; quarè si depresso B. eleuetur A, ita se habebit motus secundum partem circumferentiae descriptæ ab extremo B, ad motum secundum partem circumferentiae, pro eodem tempore descriptæ ab extremo A; sicut se habet semidiameter C.B. ad semidiametrum C. A; Sed plus excedit longitudo C. B. longitudinem C. A; quæ ad illam est, vt quinque ad vnum, quam pondus in A; vt quatuor, virtutem, vt vnum, positam in B; & sic in motu secundum extremum B. quinques maiori, &, quia pro eodem tempore exercetur, quinques velociori, quam sit motus illi correspondens secundum extremum A., pondus, seu virtus, vt vnum, æquialeret quinque motoribus, vt vnum, quorum singuli vnuis post alium mouerent per spatium equale ei, quod percurritur ab A; omnes tamen pro eodem tempore, quo mouetur extremum A., nulla relictæ particula talis motus in A., cui non corresponeat simul & semel excessus vt quinque in motu ipsius B: ergo in tali motu sic maiori, & velociori respectu minoris, & tardioris virtus, vt vnum, replicatur vt quinque, æquialens quinque, quorum singula sint, vt vnum; & sicut haec omnia superant pondus, vt quatuor, ita superabit virtus, vt vnum, illud idem in motu quinques velociori æquialens illis.

Quod si pondus in A. esset quinque librarum, sicut non

G 2

exce.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

excederet , nec excederetur comparatum ad quinque, quodrum singula sint vnius libræ, vel ad quinque virtutes, quarum singulae essent vni libræ proportionatae ; ita nec in motu posset excedere , vel excedi comparatum ad pondus, vel virtutem , ut vnum , in extremo B, in quo , facto motu, æquivaleret dictis quinque; ac proinde ipsiis secundum talia extrema A, & B. collocatis non sequeretur motus, sed fieret consistentia .

Ex his habetur ratio cur , quando in similibus ita se habet maior distantia à fulcimento ad minorem , sicut maius pondus , seu resistens in tali minori distantia positum ad minorem virtutem , collocatam in distantia maiori , fiat consistentia , & quies : quandò vero plus excedit distantia , in qua minor virtus, distantiam, in qua pondus, seu resistens maius, quam excedatur virtus absolute considerata à dicto ponde- re, vel resistente , fiant motus, secundum quos præualet vir- tus de se minor maiori ponderi , vel resistenti .

S E C T I O V I I .

*Explicatur vis Machinalis in Cuneo ,
Trocblea, & Cochlea .*



EX ratione à nobis allata augmenti virtutis per Machi- nam, facile perspicies , cur in Cuneo , in quo nulla per fe



Sect. 7. Applicatur Pr. alijs Mach. 53

se ratio Vectis, vt initio probauimus, tanta sit vis ad scindendum; quia scilicet in suo ingressu inter extrema diuellen- da tanto plus, & velocius mouentur latera ipsius, secundum vim incussam percurrente talia extrema, quam moueantur ipsa extrema recedendo à se inuicem motu diuulsionis: immo ipsa extrema primū diuulsa, respectu eius, quod est ulterius diuellendum secundum acceptam incussionem, tan- to maiori, & velociori motu moueantur.

Cur tantò facilius, & potentius faciat diuulsionem cuneus in acutiore angulum desinens; si quidem quantò acutior angulus ad verticem, tantò ad faciendum determinatum recessum diuulsionis extremorum corporis scindendi v.g. de- bet de Cuneo plus subintrare, & sic fieri maior, & velocior

virtutis incussæ applicatio per motum late- rum ipsius, percurrente, & premendo ex- trema diuellenda, sic minus, & tardiūs mota; quæ alioqui si considererentur ipsa moueri su- per latera cunei, velut pondus super planum Horizonti inclinatum (quemadmodum non nemo tentauit explicare vim Cunei) seque- tur ex hoc præcisè potius difficiliorem effec- operationem per huiusmodi Cuneum: si quidem plano ad Horizontem magis incli- nato pondus potius plus insistit, & premit illud, vt Parte i. sect. 5. dictum est.

Agnosces pariter ex dictis cur in Tro- chleis altero funis extremo inferiori Tro- chlea, de qua pondus pendet, alligato se- quatur maior facilitas in illo mouendo, nul- lo modo secundum Vectem, quem in ijs communitè assignant, explicabilis. Quia scilicet tunc in velociori, & maiori motu potentia plus replicatur correspondenter ponderi

Fig XII



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

ponderi minus, & tardius moto. Si enim vt pondus ascendet per palmum v.g. alligato fune alibi, debent quatuor series funium, inter Trochleas excurrentium, per quatuor palmos decurtari: iam facta alligatione, vt dicebamus, ad inferiorem Trochleam, necessariò debent quinque series funium, sic excurrentium, decurtari per quinque palmos, vt fiat talis ascensus v.g. ponderis per palmum; &

sic motus virtutis in tali alligatione debet correspondentè esse maior, & velocior respectu talis ascensus ponderis per palmum.

Denique agnosces ex dictis, cur Cochlea in motu, secundùm helices, facto tantopere ad magnas vincendas resistentias iuuet, cum in ijs nulla ratio Vectis, sicut, & nulla Cunei, per se operetur: Apparet autem in helicibus Ratio omni Machine à nobis assignata, de tanto maiori, & velociori motu à modica virtute secundùm eas facto, respectu minoris, & tardioris motus resistentis, quod per helices superatur ab ipsa.



S E C T I O V I I I .


An eleuatio, & consistentia ad æqualem altitudinem suprà horizontem aquarum, pro quavis amplitudine Vasis, & angustia canalis communicantium, reguletur per Principium, quo motus, & consistentiae per Machinam explicantur.

Intr alios, qui in assignanda ratione adumenti virtutis debilioris per machinam, meminerunt cum Aristotle maioris



Sect 8. Remouetur a consist. aquarum. 55

majoris velocitatis motus eius per illam, non agnoscentes tamē quomodo in maiori velocitate motus augmentum eius contineretur, magno plausu exceptus est Academicus Lynceus in suo Tractatu de Insidentibus aquæ, Italico Sermone edito, cui in hoc placuit Aristotelem sequi, quem passim persegitur, & vterius ingeniosè pergendo applicare principium regulatuum motus, & consistentia per Machinam ad reddendam rationem experimenti,



quo passim videmus à magna quantumuis mole aquæ, in amplissimo Vase A.B.C.D. contentæ, modicissimam per apertum ad fundum illius in F. exiguum foramen intrà Tumbum I.E. illi adiunctum propulsam, non eleuari ad maiorem altitudinem, quam ipsa obtineat in Vase; sed fieri consistentiam inter utramque in eadem altitudine supra horizontem. Contendit igitur Lynceus quod sicut in statera fit æquilibrium, & consistentia intèr pondus duarum librarum, & pondus ducentarum v.g. quoties illud in brachio longiori appenditur in distantia centies maiori à sussentaculo, quam hoc; quia illud sic minus in tali dispositione necessario deberet moueri pro spatio centies maior, ac proinde centies velocius, quam hoc; & ita momenta illorum, quæ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

http://digilib.hab.de/drucke/ 171-49-quod-1

/start.htm

quæ existerent partim ex grauitate absoluta cuiusque , partim ex velocitate correspondentे cuique in motu , qui fieret pro tali dispositione in Machina , necessariò æquiparantur : ita proportionaliter eueniat in æquilibrio , & consistentia intèr paruam , & magnam aquam in allato experientio.

Mensuratis enīm primo Vase magno , & exiguo canali , & assignata proportione intèr moles aquæ illis contentas ; tum mensurato spatio , per quod fieret descensus magnæ molis in Magno Vase , & eo , per quod fieret correspondenter ascensus paruæ intrà canalem ; constat euidenter , quod pro tanto maiori spatio deberet parua ascendere , & sic tantò velocius sursum ferri , si propelleretur , respectu tardioris motus magnæ deorsum , si suo descensu illam propelleret ; quanto maius est pondus aquæ , magno Vase contentæ , pondere illius , quæ continetur canali : quoties autem ita se habet reciprocè spatium , pro quo fit motus ponderis minoris , & consequenter velocitas motus eius , ad spatium , pro quo fit motus maioris ponderis , & consequenter ad velocitatem talis motus illius , quomodo se habet magnum pondus ad paruum , non fit motus , sed consistentia : ac proindè numquam quantumuis magna moles aquæ amplissimo Vase contenta poterit suo pondere eleuare aliam , quantumuis exiguum per angustum canalem sibi continuam , ad majorem altitudinem , quam ipsa obtineat .

Sed ratiocinatio ista non consistit , falso nixa fundamento : quod magna moles aquæ , secundūm measuram totius sui ponderis , intrà Vasis amplitudinem contenti , sit in proxima dispositione ad vrgendum illud exiguum , quod angusto canali continetur ; atque ita iuxta proportionem æqualitatis momenti ex grauitate absoluta magnæ molis aquæ , & exigua velocitate motus , quo descenderet , ad momentum ex grauitate absoluta paruæ aquæ , & tantò maiori velo-

Sect. 8. Remouetur a consijt: aquarum. 57

velocitate motus, quo correspondenter ascenderet, necessariò fiat consistentia.

Falsitas autem euidenter constat, quia si contineatur aqua in magno Vase parallelepipedo, cui ad latus prope fundum paruuus Tubus inseratur, ascendet aqua per Tubum ad altitudinem æqualem ei, quam obtinebit in magno Vase, & in tali æqualitate fiet consistentia; cum tamèn aqua in eo innitatur perpendiculariter fundo, & ad latera eius passim inueniat, quod nisum illius, secundum designationes per plana inclinata, impedit; vt valde exigua portio sit, quæ, considerata secundum determinatum aliquem nisum intransuersum, habeat pro correspondenti resistitio aquam Tubo contentam, & propellendam sursum. Certè pondus insistens plano inclinato ad horizontem, vt ad eam positio nem, ad quam planum inclinatur, impediatur à descensu, multò minorem virtutem requirit, comparatione illius, quām requireret, si esset in dispositione proxima ad descensum perpendicularē; remota scilicet aliquali sustentatio ne à tali piano, ita vt pro varia inclinatione plani subiecti varietur proportio virtutis sufficienter impeditiæ descensus. Ex quo conuincitur, pro maiore inclinatione plani esse ab illo maiorem sustentationem ponderis, quod proinde, in ordine ad contranitendum occurrenti impedimento vltioris descensus, æquualeat minori ponderi absolute sumpto: quantò ergò minori æquualebit aquæ moles in dicto Vase sustentata fundo, cui perpendiculariter innitatur, & in descensibus obliquis sic impedita à lateribus illius, si præcisè sumatur, secundum quod potest contraniti aquæ, sibi in foramine Tubi appositi modo dicto occurrenti? Quare non est mirum si fiat æquilibrium intèr illas, licet absolute considerate sint ita inæquaes: maiore autem canali aperiente laxius orificium, maiores hinc inde tibi inuicem moles aquæ occurunt; quod si, post laxius orificium in su-

H

periori.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0

1

2

3

4

perioribus suis partibus , canalis constringatur, inueniet etiā aqua in connuentibus huiusmodi lateribus suum impedimentum, vt non secundū totam mensuram, qua con-nitebatur existenti in partibus laxioribus Tubi sursū pro-pellendæ , dici possit proximè applicata ad eleuandam eam, quæ in angustioribus partibus canalis consequenter occur-rit; sed secundū mensuram illi præcisè correspondentem .

Nec te decipiat maior impetus, quo in ampliori Vase ple-no ex aperto foramine humidum effluit; Nam dūm aliquæ partes forami proximæ aliquomodo defluunt, in locum illarum succedunt, quæ sunt illis proximæ iuxta proporcio-nem, qua ratione sui situs gliscunt ad descensum , & in locum , qui deseritur ab istis pari modo subintrant aliæ, & sic deinceps; vt eodem tempore in pluribus & pluribus parti-bus dicti humidi fiat impetus, & motus ad occupandum lo-cum desertum à præcedentibus , qui totus impetus est ad vrgendum præcedentes versus foramen, & quidē maior, quo est à pluribus in eadem mensura sic ad descensum gli-scētibus. In quiete verò alia ratio est; quia, vt suprà dixi, iuxta signum assignatum forami in Vase à me proposito, pro eo statu tota moles aquæ perpendiculariter innititur fundo persistenti, & ad latera Vasis consistentia passim ha-bet, quod nisum illius secundū designationes per plana inclinata impedit ne gliscat ad descensum; & valdè exigua portio est, quæ considerata secundū aliquem nisum deter-minatum in transuersum , habeat pro correspondente resi-stituuo impedimentum, oppositum ad foramen, quod proin-dē sufficiat, etiā si sit valdè debile, vt constat in maximis dolis, in quibus, obducta forami exigua cera, omnis ef-fluxus humidus impeditur.

Quare assumere pondus molis aquæ 100. librarum v.g. & ad pondus aquæ 1. libræ contentæ in Tubo, dum illa con-tinetur in ampio Vase, cui adiungitur Tubus, comparare

vt

Sect.8. Remouetur a consist: aquarum. 59

vt 100. ad 1. quomodo se haberent si libere pendentia in aëre suspenderentur de Machina, & facere compensationem inter illa, quia velocitas aquæ vnius libræ in ascensu intrat Tubum, ad velocitatem descensus aquæ centum librarum in amplio Vase se haberet vice versa, vt 100. ad 1. est ex suppositis falsis procedere.

Potest autem ex allatis in tali discursu formari argumentum, quo probetur aliquomodo à fortiori admittendam esse consistentiam intèr quantumuis maiorem molem aquæ in ampliori, & ampliori Vase contentam, & quantumuis minorem intrà quasvis canalis angustias illi continuatas, pro æquali utriusque altitudine supra horizontem; nisi accedat impulsus aliundè. Nam dato etiam quod maior & maior moles aquæ in Vase dicto esset in proxima dispositione, vt secundum mensuram totius suæ grauitatis absolutæ posset suo descensu in dicto Vase vrgere minorem, & minorem ad ascensum intrà Canalis angustias; nihilominus illa in tali tarditate sui descensus, & hæc in tanto suo celeiore ascensu, si fieret motus, comparatae inuicem compensarentur ad æquilibrium, vt constat ex dictis in explicatione principij, quo verè motus correspondentes, & consistentiae quomodocumque inæqualium regulantur, si connectantur per Machinam; intèr ea autem, quæ compensantur ad æquilibrium repugnat motus; quanto magis repugnabit non existente maiori mole cum tali proxima dispositione intrà Vas, vt posset secundum mensuram totius suæ grauitatis absolutæ vrgere in suo descensu molem minorem & minorem ad ascensum intrà Canalem; & augenda necessariò mole aquæ minoris fursum impellendæ, & imminuenda mole fursum impellentis in tali motu, si dicatur fieri?

Et ex his proportionaliter philosophari poteris de aqua consistente intrà duos valde inæquales secundum latitudi-

H 2 nem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0 1 2 3 4

http://diglib.hab.de/drucke/ 171-49-quod-1

/start.htm

nem Canales Syphonis , & apertis orificijs , deorsum conuersos pro æquali distantia ab horizonte ; dum quæ est in latori , si descenderet , suo descensu cogeret subsequentem in angustiori eleuari tantò velocius , quantò ipsa , quæ de scenderet esset maior illa : verè tamen non tota maior de continuatione cum minori dependeat , sed secundum partes suæ crassitie , quibus minorem excedit dependeat de consisten- tibus lateribus Tubi , quibus in progressu versus illam occurrit , & adhæret .

* *

*



P A R S



PARS TERTIA

Propositarum contra nouam methodum difficultatum solutio.

S E C T I O I.

Ad obiecta pro Aristotele, & sectatoribus.

Qua occasione ratio redditur, cur virtus per machinam facilius perficiat motum suum velocorem; & ad victoriam de validiori æquè proposit Resistentis tarditas in motu, quam celeritas virtutis.



RIMO obiectum est à pluribus ex Italia, Gallia, Germania: quod Aristoteles idem seaserit de principio augmenti virtutis per Machinam, immò passim alij recentiores, qui de Machinis scribentes expressè attulerunt maiorem velocitate motus. Quarè cum, quidquid ad rem proponitur in noua methodo, habeatur pariter in antiqua, & communi, illa immerit reprobetur; vt nouis fucis illita, velut noua obtrudatur. Huic obiectioni inseruerunt alij alia, quæ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

quæ non solum dissoluentur, sed conuincentur partim in responsione prima, partim in secunda.

Resp. 1. in machinis, quæ sunt in vsu, constare ad sensum, Virtutem mouentem celerius moueri, quam pondus resistens; neminem tamè probasse, quod, & quomodo talis maior velocitas motus virtutis sit verum, & immediatum, & vniuersale principium augmenti virtutis debilioris, quæ debet mouere validius resistituum, vel æquiponderare, & in cuius adiumentum assumitur Machina; & quomodo cum tali velocitate maiori virtus debilis facilis operetur; cum alioqui facilis ab eadem potentia fiat motus tardior, quam velocior; facilis enim effectus imperfectus, quam perfectus obtinetur; præsertim cum adest resistens, & quidem validius.

Latere nucleus in tali velocitate, sed neminem eruisse, explicando replicationem virtutis in illa; secundum, quam virtus de se minor æquiualeat tot multiplicibus, quæ simul sumpta valeant compensare, vel vincere potentius; & ostendendo quomodo replicatio dicta habens necessariò in motu virtutis successionem, obtineat nihilominus simultaneitatem respectu tardioris motus correspondentis in re sistente.

Rursus nemo attigit ante in impressis, quæ videre potuerim, quod retardatio correspondenter facta in motu resistenter imminuat proportionaliter exercitium resistantiae ab illo, & ideo non minus conferat ad facilitatem obtinendam per Machinam.

Resp. 2. Aristotelem re vera non adhibuisse maiorem velocitatem motus virtutis per Machinam ad probandum incrementum virtutis per illam; sed causam ipsam maioris velocitatis ad probandam præcisè maiorem facilitatem, quam virtus, certo situ applicata in machina, potest obtinere; & hoc totum restrinxisse ad machinas, quæ considerari



rari possunt, vt semidiametri designantes arcus circuli; dum aliquo signabili in ijs assumpto vt sustentato, & consistente velut in centro, reliquum extensionis indè protensæ conuolutur.

Facta autem in suo discursu comparatione majoris, & minoris distantiae, quam potentia, in sui applicacione ad hanc, vel illam partem semidiametri, potest habere ab illius extremo fixo per modum centri respectu conuolutionis, probat in maiori distantia potentiam applicatam velocius mouere; quia in illa, pro æquali spatio decurso, minus admiscetur cum motu ipsius de retractione versus centrum, quæ, præter naturalem ipsius inclinationem, oritur ex consistentia alterius extremi semidiametri; potentia enim sic mouens in maiori distantia cogitur minus defletere à directo progressu, qui est secundum inclinationem ipsius; & demonstrationem, qua, vt supra vidimus, id geometricè probat, concludit. (quam igitur ob causam ab eadem potentia celerius fertur, quod plus à centro distat punctum manifestum est) assumens postea sine alia probatione vt ex tali causa prouenientem maiorem facilitatem motus potentiae mouentis in maiori distantia à centro in.

Quæst. 3. de Vecte.

Quarè cum in pluribus Machinis, vt ostendimus in Cuneo, Trochlea, & cochlea, adiumentum potentiae debilioris non sit per dispositionem Vectis, & ordinationem motus per conuolutionem Semidiametri in gyrum; Aristoteles ratio primò non est vniuersalis, neque per se respectu Machinæ in adiumentum potentiae debilioris assumptæ. Deinde in ijs, quæ tales ordinationem motus continent, non est tale adiumentum ex applicatione potentie in maiori distantia à tali signabili Machinæ sustentato, & consistente per modum centri; sed præcisè ex proportione excessus ad distantiam, pro qua in eadem Machina applicatum est resistens;

sistens; imd æqualitèr prouenit ex maiore vicinitate refistentis ad tale signabile consistens per modum centri: quià sicut per maiores distantiam applicationis potentiae multiplicatur actus secundus illius, & in hoc, ex probatis in nostro Principio, ipsa potentia replicatur; ita per maiorem vicinitatem applicationis resistentis imminuitur correspondenter exercitium resistentiae ab ipso; & consequenter potest potentia motrix fieri propior, & propior centro, atque ita in suo motu, iuxta ratiocinationem Aristotelis, admittere plus, & plus de eo, quod est præter naturam, propter maiorem retractionem causatam à centro; & nihilominus æque facilè, immò facilius, & facilius mouere vincendo idem resistens; modo seruetur eadem, vel fiat maior, & maior proportio respectu imminutæ magis, & magis distantia resistentis ab eodem centro.

Secundo cum initio dissertationis meæ asseruisse non nulla Aristotelis dicta in Proemio Mechanicarum quæstionum limitanda esse, ne conuincantur apertæ falsitatis, v.g. quod motus machinalis exerceatur secundum dispositionem circuli: cum agitatio nauis per remos sit motus Machinalis, & fiat secundum oppositam dispositionem, fulcimento scilicet non consistente: Et quod Vectis reuocetur ad libram; cum Vectis secundi generis diuersam prorsus habeat à libra dispositionem.

Obiecit primæ limitationi litteris Regio missis vir amicissimus, & suis demonstrationibus in libris P. Cauallerij bene notus, cuius sententiam exquisiui, & instantias pro Archimede perscriptas infra proponam (nostro principio ut vero, vniuersali, & proximo augmenti virtutis per Machinam omnino consentiens) obiecit, inquam, agitationem nanis per remos posse fieri fulcimento consistente.

Resp. tunc nauim necessariò impellendam in gyrum, & si mutarentur subinde fulcimenta sistentia extremitatem remi,

Sectio 1. Ad obiecta pro Arist. 65

remi, eam secundum aliquos, & alios arcus illis respondentes promouendam; quare ad conciliandum nauis per artem motum directum, ut requirit usus, necessario remi, per scalum nauim urgentis, debere extreum niti aquæ, eodem tempore aliquomodo retrocedenti; & quidem secundum rationem Vectis secundi generis, cuius vis in tali motione, iuxta intentionem Artis, nullam requirat, vel admittat resolutionem mixtionis ex recta, & circulari.

Obiecit secundæ (inter alia, quæ repetitis litteris Praga transmissis consignauit, & à me proponentur) vir multis annis in Mathematicarum Encyclopediam versatus, & mechanicas quæstiones singulariter versans; quod licet apud Aristotelem, & Archimedem non habeatur definitio libræ, quæ secundum genus Vectis comprehendat; illud tamè potest per definitionem ab alijs allatam comprehendendi.

Resp; alios Mechanicæ scriptores, non tam libram definire, quam eius dispositionem proponere in longitudine, inter cuius extrema punctum designant, à quo hinc inde partes extensæ representent brachia libræ, quæ circà tale punctum fixum, velut centrum, conuolui possint;



alia autem, quæ ex alijs Machinis possunt addi Vecti secundi generis, ut per pondus aliquod ignotum, & contranitens alterius corporis ignotum pondus agnoscat, non tam ostendunt rationem libræ in tali Vecte reperiri, quam omnem Machinam expræcognitis in illa posse alterius viribus cognoscen-

I

gnoscen-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>


171-49-quod-1

</start.htm>

gnoscendis deseruire; quod nihil est ad intentum Aristoteles, & nostrum propositum.

Tertio contra instantiam præcipuam à me propositam, ad ratiocinationem Aristotelis; quod scilicet illa ipsa integra, si applicetur ad quadrantem superiorē circuli, probet oppositum intento ipsius: quia potentia in dicto superiori quadrante pro aliquo situ non longè à perpendiculari applicata, quanto in maiori à centro distantia mouet, tanto, pro æquali spatio, motu secundūm inclinationem eius facta admiscetur plus de deflexione præter naturam, ratione alterius extremi semidiametri consistentis in centro.

Obiecit vñus, & alter ex Gallia, & Italia: quod termini, secundūm naturam, & præter naturam non sunt referendi ad potentiam mouentem, sed ad semidiametrum, secundūm aliquid extrellum sui fixam, cui, in conuolitione describenti circulum, sit secundūm naturam recedere per alterum extrellum à puncto B. vnde illa incipit, & ad illud idem



redire; præter naturam vero recedere à linea tangente circulum in tali puncto B. constare: autem punctum in semidiamete-



Sectio 1. Ad obiecta pro Arist. 67

diametro, quo centro vicinus mouetur, eo magis recede-
re à tali tangente.

Resp. semidiametro, quæ intelligatur secundum unum
sui extreum A. figi, secundum alterum B. moueri, per-
inde esse secundum naturam recedere à linea R. B. Tan-
gente circumferentiam in punto B; à quo sit initium mo-
tus per extreum B, quod eam per sui motum describit,
& ad illam iterum accedere: sicut est secundum naturam
illi sic motæ recedere ab inicio motus in B, & ad illud ite-
rūm accedere: immo incongruè hujusmodi terminos ap-
plicari semidiametro mathematicè consideratae; cum quodli-
bet extreum illius de se sit indifferens, ut consistat altero
conuoluto, vel conuoluatur altero fixo; vel ut moueat
in directum cum alio, vel alio stante deflectat à rectitudine
motus: nec minus sit de se simplex motus circularis, quam
rectus, etiam in doctrina Aristotelis, qui illos terminos (se-
condum naturam, & præter naturam) expresse refert ad
principium concurrens ad motum: docet enim de principijs
concurrentibus ad motum oppositè aliquomodo, sed se-
cundum aliquam proportionem cōcursus virtutis in diuer-
sa nitentis, ea necessariò mouere per diametrum rectanguli,
cuius latera sint in eadem proportione: at vero principia
contrario modo concurrentia, dum alterum sistitur, alte-
rum mouetur sine proportione concurrere, & necessariò
ex illis sequi motum circularem: principio autem mouenti
esse secundum naturam ulterius tendere; quod vero à dire-
cta tendentia retrahatur, esse illi præter naturam, & prouen-
ire à fixatione per alterum extreum semidiametri in ce-
ntrum circuli, qui per talē motum, designatur.

SECTIO II.

AD OBJECTA

Pro Archimede, &
sextatoribus.


Qua occasione agitur de ratione centri grauitatis, & centri potentiae, quæ habetur positâ tali applicatione virtutis per Machinam.

IV. **O**bijicitur à varijs, sed peculiariter in litteris Regiomontiis, quod etiamsi mea prima instantia valeret de actuali suspensione, & exercitio ponderationis, & æquiponderationis, factis pro aliquo potius determinato situ Vectis, quam alio; illa tamèn, & quæ consequuntur ex illa nihil probent contra centra grauitatis totius aggregati ex illis magnitudinibus, & partialium aggregatorum, tum ipsarum 4. ex illis, tum reliquarum duarum sic inuicem comparabilium; quia omnia hæc bene considerari possunt secundum aptitudinem ad suspensionem, & ponderationem, æquiponderationemque singulis conuenientem; & sufficit ad discursum Archimedis, & similes tales posse esse dispositionem illarum quatuor S. T. V. X. ut si fiat suspensio in punto



Sect. 2. Ad obiecta pro Archimede. 69

puncto E, & reliquarum duarum Z. M. remoto ad punctum D. maneat pariter immobiles, & æquilibratæ.



Additur; quod licet non sit idem respectu totius aggregati simplicitè loquendo: illas quatuor manere in distantijs æqualibus inter se, & cum alijs dispositas, aut collectas suspendi in Vecte de punto, E; at tamè est idem respectu centri grauitatis totius, cui accidentale est, quod magnitudo X. spectet ad brachium dextrum, vel sinistrum Vectis; dummodo ob perseverantiam centri grauitatis ipsarum quatuor in E. etiamsi fiat variatio dispositionis partialium magnitudinum, non fiat mutatio centri grauitatis omnium à punto C. vt verè cognoscitur non fieri, quia cum tali variatione partium remanet consistentia, & æquilibrium omnium in tali punto.

Resp; quod cum ratiocinatio Archimedis, & illi similes ab aliquibus proponantur per terminos significantes suspensionem, & ponderationem actualem prima mea instantia est contra illas sic explicatas: ita tamè vt per oppositionem, quæ est in aëtibus secundis ostendat habilitatem aliquomodo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

0

1

2

3

4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

quomodo multiplicem in magnitudine X. ad constituenda pro diuersis combinationibus plura centra grauitatis; alterum omnium sex in C. alterum ipsarum quatuor in E. &c.

Secunda verò instantia ab illis verbis (quando autem assument) absolute concludit insufficientiam discursus Archimedis, & sectatorum. Cum enim constructio Geometrica ipsius, quam illi imitantur, facta talium partium pro talibus distantijs distributione, solum probet omnium sex, simul ita sumptibilium, centrum grauitatis esse in C, & eadem via ipsarum quatuor, simul ita sumptibilium, esse in E; duarum verò pariter esse in D; quia retenta eadem earum omnium inter se pro æqualibus distantijs v.g. dispositione, & ipsæ sic sunt inter se variè combinabiles, & omnia ista centra grauitatis in ipsis, sic variè sub eadem dispositione, combinatis attendi possunt; gratis, immo falso assumeretur; quod sic variata illa dispositione partialium magnitudinum inter se, quæ fuit illi unicum medium ad probandum omnium centrum grauitatis esse in C; maneat earumdem magnitudinum sic aliter dispositarum idem centrum grauitatis in G; ex eo præcise, quia cum tali variatione remanet quatuor ex illis collectarum centrum grauitatis in E, & duarum in D; ut pariter erant in prima dispositione. Sicut etiam gratis, & falso assumeretur: quod sub alia dispositione, qua à distantijs æqualibus remotæ, & collectæ omnes magnitudines suspenderentur per suum centrum grauitatis in eodem signabili Vectis ad C, remaneret ipsarum quatuor centrum grauitatis in E, & duarum in D; ex eo, quia facta tali variatione manet omnium centrum grauitatis in C; ubi erat in prima dispositione, pro qua in talibus signabilibus dicta grauitatis centra magnitudinum variè comparabilium erant simul constituta.

Parce lector site moror in subruendo hoc mechanicæ fundamento tot sæculorū, & mathematicorū omniumq; sū firmato.

Placer

Sectio 2. Ad obiecta pro Archimede. 7^F

Placet aduertere duo: primum est quod magnitudo X. concurrens ad constituendum omnium sex, in tali constructione geometricè primo disposita, commune centrum grauitatis in C., id præstat præcisè quatenus cum alijs duabus Z. & M. ad eamdem secum positionem constitutis respectu signabilis, C; est apta correspondere, & contraniti alijs tribus ipsis æqualibus, & æqualiter dispositis ad oppositam positionis differentiam respectu eiusdem, C. iuxta petitionem primam ab Archimede positam, de qua infra, & propriam rationem centri grauitatis, de qua mox. Ad constituendum verò centrum grauitatis ipsarum quatuor X.V. T.S. in F, eadem magnitudo X. non concurrit nisi ut cum magnitudine V; ad eamdem secum positionem respectu signabilis, E, constituta, est apta correspondere, & contraniti alijs duabus ipsis æqualibus ad oppositam differentiam positionis respectu eiusdem signabilis. E. sic correspondenter constitutis: huiusmodi autem aptitudines, ut conueniant eidem magnitudini, X. pro dicta constructione, necessariò requiriunt dictas dispositiones, & ijs alligantur, vnaquæque aptitudo determinata dispositioni, sibi proportionata; immo necessariò requisita ad rationem centri grauitatis pro tali constructione retinendam, ut ex dicendis melius constabit: quare sublata prima dispositione necessariò auferuntur complementum primæ aptitudinis, & vanum est inferre, quod quia manet secunda, maneat etiam prima: siquidem quando prima adest cum sibi proportionata dispositione, ex vi illius præcisè probatur ad esse, & nullo modo ex vi secundæ cum propria dispositione præsentis.

Secundum est notionem centri aliquo genere necessariò requirere, ut hoc in tali genere fit medium inter partes æquales aliquomodo sibi correspondentes in ordine ad ipsum; sicut constat ex communitate nominis acceptione in ijs, in quibus talis denominatio primò adhibita est. Tale:

autem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

autem signabile in Verte v.g. circa quod non sunt assignabiles grauitates partiales aequales, sed maximè inæquales, esto illarum, sic constitutarum, sequatur consistentia, non potest dici centrum grauitatis; cum opposita in rationem notioni centri contineat; sed est signabile, circà quod consistens, si fieret motus, tanta esset maioris grauitatis retardatio in motu sui centri grauitatis, & replicatio minoris in motu sui tantum accelerato; ut illæ pro tali motu sibi æquivalerent, sicut ostendimus in explicatione nostri principij. Huius autem æquivalentiæ, & ortæ indè consistentiæ rationem non attendentes, ad eam transtulerunt centrum grauitatis contra propriam notionem illius.

*Distinguitur centrum Potentiae in aggregatis per
Machinam à centro grauitatis inter
illos assignabili.*

Nostre responsioni idem per litteras subsequentes obijcit: illud cuius dicitur centrum esse in C; & cuius per partes hinc indè respectu ipsius C. debet necessariò esse æqualis distributio, non esse aggregatum ex grauitatibus ponderum, sed ex momentis ipsarum; quod si ad tale centrum momentorum, circa illud, indicandum adhibetur nomen centri grauitatis, esse minus propriam illius acceptiōnem, & totum hoc ex plurimis demonstrationibus mechanicis constare, quæ alioquin essent aperte falsæ: asseritque momentum esse materiam proximam, circà quam versantur huinsmodi demonstrationes; momenti verò nomine, propriè significari ipsas grauitates ponderantium, pro ut informatas eo, quod illis aduenit ex potiori, vel deteriori, vel æquali conditione situs ad signabile, respectu cuius intelligenda est exerceri illorum correspondens hinc indè pondere.

ponderatio: quidquid sit de ratione; ob quam ex situ potest præualere vis ponderis, quam, ut rem merè ad Physicam spectantem, non attigit Archimedes.

Resp. admissò quod nec Archimedes in sua methodo, nec sectatores attigerint veram causam æquivalentiæ, vel præualentiæ virtutis, ratione situs applicationis per Machinam.

Quod dicitur; demonstrationes mechanicas ferè plurimas non tam esse de grauitatibus, quam de momentis, minus placet; quia ipsi potentiarum, sic motiarum pro talibus circumstantijs, correspondere potest potentia sic resistitua motui, quæ non sit à grauitate, sed ab alio principio, ut in corporibus duris vis resistitua diuisioni, quæ est vincenda per Machinam, & non benè significatur nomine momenti. Dicamus igitur demonstrationes Centrobaricæ ferè plurimas non tam esse de grauitatibus, quam de potentiarum motiis, & resistitiis motui. Distinguamusque propriæ loquendo centrum grauitatis, quod assignatur inter partes hinc inde æquales in grauitate, à centro potentiarum mouendi, & resistendi motui, quod assignatur inter potentias huiusmodi, hinc inde æquales; unde cumque sint illæ tantæ potentiarum rationabilitas autem distinguendi huiusmodi centra patet facile ex eo, quod unum potest adesse, ubi non adest aliud.

Vnde infertur quod cum centrum grauitatis sit centrum alicuius virtutis motiarum, sicut ipsum necessariò fert secum in eodem signabili centrum talis determinatae potentiarum mouendi; ita statim ac ipsum remouetur à tali signabili, necessariò aufert ab eodem centrum talis potentiarum: quare si adhuc remanet in huiusmodi signabili centrum aliquod potentiarum motiarum, & resistituarum, necessariò importat aliquid diuersum ab ipso, & non necessariò connexum cum ipso. Atquæ ita agnoscantur manifestè paralogizare, qui confundunt centrum potentiarum, propriæ grauitatis, quod importatur præcisè per centrum grauitatis in tali signabili, & per

K

illud

illud præsens probatur adesse tali signabili, cum centro potentiaæ absolutæ motiuæ, & resistiuæ, quod conuenire potest corporibus ex alijs causis. His positis; discursus Archimedis ad ostendendam distinctè veritatem, si eam contine-ret, deberet ita formari: illa signabilia in Veste continent centra potentiaæ alicuius integræ grauitatis, circa quæ par-tes æquales in grauitate sunt æqualiter dispositæ: Sed si-gnabile C. in proposito Veste est huiusmodi respectu ag-gregati ex omnibus magnitudinibus, & signabile, E; respec-tu aggregati quatuor X. V.T.S, & signabile D. respectu aggregati duarum Z.M; ut probatur ex diuisione ipsarum, & distributione in Veste geometricè facta: ergo ista tria signabilia C.F.D. in proposito Veste continent centra po-tentiaæ integræ grauitatis, vnumquodque respectu aggregata, quod circa ipsum habet partes æquales in grauitate æqua-liter dispositas. (Tum verò ad concludendum intentum, ita subiungi): sed aggregatum omnium sex habet centrum potentiaæ grauitatis suæ in C; præcisè quia aggregatum qua-tuor ex illis habet centrum suæ in E, & reliquarum duarum in D; ergo pro quacumque mutatione huiusmodi partialium grauitatum, prædictæ quatuor retinebunt centrum poten-tiaæ grauitatis suæ in E, & reliquaæ duæ in D; remanebit etiam totius aggregati omnium sex in C.

Nisi enim illa minor cum tali restrictione subsumatur; nullo modo potest inferri sufficenter ex eo, quod rema-neant dictarum quatuor in E, & duarum in D, quomodo erant secū prius; etiam ipsarum sex similiter remanere in C. mutata illa distributione geometrica, ex qua præcisè adhi-bitæ, probatum fuit illorum trium aggregatorum, ita sum-ptorum, propria centra potentiaæ grauitatis cuiusque in di-ctis signabilibus Vestis pariter reperiri.


Sed illam minorem subiunctam, nec Archimedes, nec alijs probauit, aut illius & consequentis veritatem vacuam proba-



probabit; cum certò contineant falsitatem, sicut est correspondenter apertè falsum, quod ideo, & quoties omnium sex centrum potentiae grauitatis est in C; ita centrum potentiae grauitatis ipsarum quatuor sit in E, & duarum sit in D; quia potest fieri alia dispositio, pro qua omnium sex remaneat in C, sed nec ipsarum quatuor in E, nec duarum in D. reperiatur amplius, ut euidenter constat. Remanet ergo integra difficultas, quam ipsi solutam à se censuerunt.

V. supra laudatus Praga scribens cum premississet instantiā meam ab illis verbis (quando autem &c.) non contendere Archimedem falsum conclusisse, sed falsam causam attulisse.

Objicit; causam Conclusionis esse eam, quam præmisit petitione prima (æqualia pondera ab æqualibus distantijs æqueponderare) & hoc æquivalere ei, quod in propositionis 6. probatione controversa assumit (pondera plura unita æquiponderare ut separata, quandiu seu coniunctorum, seu separatorum suspensio sit ex centro grauitatis) & Archimedes, inquit ille, suspendit primum sex corpora æqualia



pro distantijs æqualibus distributa S.T.V.X.Z.M. ex com-
K 2 muni

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

muni centro grauitatis ipsorum in C; deinde verò quatuor ex ipsis S.T.V.X. ex communi centro grauitatis in E; denique reliqua duo Z.M. pariter in D; idque, siue loco coniuncta ea sint, siue separata, & per petitionem primam asserit sic suspensa æquiponderare. quare eum, qui discursui Archimedis aduersetur, debere alterutrum negare; scilicet, vel suspensionem dictorum quatuor fieri in E, & duorum in D; vel ea sic vnta suspensa non æquiponderare, vt separata: negare hoc secundum, repugnare petitioni primæ; atque ita eum, qui illud negat, non tam contradicere ratiocinationi propositionis 6; quam non admittere petitionem primam. Primum verò adeo clarum esse, vt nemo, licet omnia ad viuum ressecans, possit illud negare; cum omnes admittant, ea omnia, quæ quiescunt, suspendi de suo centro grauitatis, & ad illud punctum affigi, quod vel coincidat cum centro grauitatis ipsorum, vel sit in perpendiculari ad horizontem, transente in descensu per centrum grauitatis, de quo graue suspensum intelligitur.

Resp. quod licet admireretur quod dicitur; pondera plura æquiponderare vnta, ac pro æqualibus distantijs separata; esse verum respectu proprii centri grauitatis, respectu cuius, iuxta petitionem primam, sic æqualia pondera ab æqualibus distantijs æquiponderarent; esset tamen negligendum illud esse verum respectu centri grauitatis aliarum combinationum, respectu cuius sic vnta non sunt amplius æqualia pondera ab æqualibus distantijs æquiponderantia, iuxta petitionem primam, sicut erant, dum essent ante separata. quia licet in dictis magnitudinibus, sic geometricè ab Archimedea distributis, possint illæ omnes combinaciones fieri, immo plures; & cuiusque combinationis proprium centrum grauitatis attendi, correspondenter proprio signabili in axe proposito; ita vt respectu illius æqualia æqualiter distantia æquiponderent, siue vnta, siue separata; non tamen.



mèn necessariò euenit, vt dùm aliquæ vnitæ, per aliam dispositionem in dicto axe, sic inuicem æquiponderant respectu prioris centri, & signabilis ei correspondentis in axe, fiat etiàm æquiponderatio, vt prius, cum alijs, & in alijs combinationibus respectu centrorum grauitatis ipsarum, & punctorum in axe correspondenter illis assignatorum. Constat enim evidentè, quod si omnes sex vnitæ suspendantur de puncto C. vel etiàm quatuor ex illis, dùm aliae duæ in priori situ perseverant in extremis axis, non æquiponderabunt amplius quatuor prædictæ in E, nec duæ in D. licet retineatur ponderatio, & æquiponderatio omnium sex in C..

Quid mirum ergo si vnitis quatuor ad punctum E, remaneat quidem centrum grauitatis ipsarum quatuor in E, & duarum in D, quia respectu E, & D, remanent æqualia in distantijs æqualibus; non tamè omnium sex in C. remaneat, respectu cuius, facta tali vniione dictarum quatuor ad E, non manent verè æqualia grauiæ in distantijs æqualibus, nec vnta, nec separata.

Atque ita admissis etiam duobus, quæ obiectiensi postulat admitti: ipsa scilicet petitione prima in sensu ab illo intento, quem infra accuratius discutiemus, & quod illi sic intellectæ consequenter dicitur assumi in probatione sextæ propositionis ab Archimedè; nihilominus ipsius probatio prorsùs vana est ad intentum. Quod addidit obiectiens; omnes iudicare, quæ quiescunt, ea suspendi de centro grauitatis, & ad illud punctum axis affigi, quod, vel transfeat per dictum centrum, aut illi immineat, secundum perpendiculararem per vtrumque deductam ad horizontem: Illud ipsum est, in quo ita decernentes videntur re minus considerata iudicasse; quia dari potest signabile in axe, respectu cuius ita se habeant potentiaæ motiua, & resistiua; vt neutra alteri præualere possit in motu, & ita necessario quie-

quiescant; nullum tamen centrum grauitatis ipsarum, aut iunctarum, aut separatarum illi corresponeat, vt constat ex supradictis, & adhuc melius declarabitur in responsionibus ad sequentes obiectiones.

Contra id, quod opposueram ratiocinationi Archimedis; in prima distributione omnium sex magnitudinum in distantijs æqualibus per axem, magnitudinem X, habuisse suum momentum ultra C. cum duabus Z.M, ad contranitendum alijs tribus S.T.V. ad oppositam positionis differentiam respectu eiusdem C. constitutis; quando verò fit vniō omnium quatuor S.T.V.X. ad punctum axis in E, tunc magnitudinem X. citra C. habere suum momentum cum dictis tribus, cum quibus est unita ad punctum E, ad contranitendum alijs duabus Z. M. ad oppositam positionis differentiam constitutis. Instat obijciens, non satis posse determinari, quid sit hoc ultra, vel citra, C, constitui momentum magnitudinis X, vt seruat ad rem propositam afferendo diuersitatem in constituendo dicto pondere X, quæ noceat ratiocinationi Archimedis.

Resp. hoc facile determinandum: Cum enim punctum C, sit medium axis propositi, & ab illo hinc inde ad duas positionis differentias brachia axis distendantur, si à punto E, signato in axe ad positionem dextram respectu ipsius C, progrediamur versus idem C; inueniemus in prima distributione dictam magnitudinem X, ultra C, affixam in axe ad punctum, quod transit per centrum grauitatis illius; si verò vniantur quatuor magnitudines S.T.V.X, & centrum grauitatis aggregati ex illis affigatur in axe ad punctum E, progrediendo ab illo versus C; magnitudo X. per talement dispositionem inuenietur citra C,

Quare cum in distributione magnitudinum æqualium S.T.V.X.Z.M. pro distantijs æqualibus in axe geometricè facta unaquaque illarum in punto axis, suo centro grauitatis



tatis respondentि, sit constituta, certum est, quod respectu suspensionis axis factibilis, vel factae in puncto C, magnitudo X, cum duabus Z.M. ad eamdem positionem in eodem brachio axis constitutis, constituit totum, cuius centrum gravitatis respondet medio magnitudinis Z, & ipsum est æquale toti ex magnitudinibus S.T.V. integrato, cuius centrum respondet medio magnitudinis T, per propositionem Archimedis V, ad oppositam differentiam positionis pro æqualibus distantijs similiter disposito, respectu eiusdem puncti C; ac proinde ad faciendam consistentiam pro tali suspensione axis in C. magnitudo X. cum duabus Z. M. ultra C. modo dicto constituta, est apta proxime contrarii aggregato trium magnitudinum in opposito brachio axis constituto; & ita verè puncto C. conuenit ratio centri gravitatis, & potentie, quæ includitur in gravitate, quia sic habet æqualia pondera pro æqualibus distantijs in axe, cuius illud medium est, constituta, & æquiponderantia. Si vero, facta noua dispositione, quatuor magnitudines S. T. V. X. jungantur, & dicto centro gravitatis integri ex illis suspensantur in puncto axis E; euidenter apparet ipsam, ut sic dispositam in axe, sociare citra C; modo dicto, suum pondus cum tribus magnitudinibus S.T.V, ad contranendum reliquis duabus Z.M; in opposita positione ultra C, dicto axi affix s. Quod si dictæ quatuor magnitudines S. T. V. X. cogitentur int̄x proprio axi rigido in distantijs æqualibus, & ille axis per sui medium, cui correspondet centrum gravitatis aggregati ex ipsis, insistat puncto E. prioris axis; ita ut conuolui possit circa tale punctum; quocumque tandem situ constituat dictas magnitudines, per huiusmodi conuolutionem illæ, respectu axis primi, semper ita se habent, ut nunquam ei insistant, nisi in dicto puncto E, cui talis axis secundus, proprius dictarum quatuor magnitudinum, per sui medium, & centrum aggregati ex illis quatuor innititur.

titur. quarè licet materialiter ex conuolutione dicti axis se-
cundi magnitudo X. possit constitui modò citra , modò ul-
tra perpendicularē transeuntem per punctum C. axis
primi, nihilominus semper nititur axi primo citra punctum
C. in E; cui per centrum axis, & aggregati ex ipsa cum alijs
tribus S.T.V. insistens, est proximè apta semper contran-
niti alijs duabus, eidem primo axi ultra C. innixis modo
dicto.

S E C T I O I I I.

Ad obiecta contra Principium Augmenti vir-
tutis per Machinam, à nobis constitutum
in maiori velocitate motus illius, & corre-
spondenti retardatione motus resistentis, ex
applicatione vtriusque in usu Machinæ.

*Qua occasione primo examinatur sensus petitio-
nis primæ Archimedis, & assumpti in pro-
batione propositionis 6; Pondera plura unita
æquiponderare, ut separata; quandiu seu
unitorum, seu separatorum suspensio sit ex
centro grauitatis.*


Obijcit proximè laudatus in litteris Pragensibus, suppo-
sito Veste, in quo pro explicatione discursus Archi-
medis, disposuimus sex magnitudines æquales ita, ut qua-
tuor ex illis penderent in puncto E; duæ in puncto D, &
punctum C, esset illud, circa quod eadem esset ratio distan-
tiarum, quæ ponderum reciproca.

Si



Sectio 3. Ad objecta contra Nouum Pr. 81

Si quatuor magnitudines S.T.V.X. disponantur in proprio axe rigido pro distantijs æqualibus, & duæ Z.M; pariter in suo, & vterque axis per sui medium, cui correspontet centrum grauitatis aggregati ex illis magnitudinibus,



affigatur in dictis puctis Vectis, id est axis quatuor magnitudinum in E. duarum in D. Tunc pariter fiet æquilibrium, vt in prima dispositione, ex vi primæ petitionis Archimedis, & eius, quod consequenter assumit in probatione 6. propositionis.

Sed non erit æqualis velocitas motus quatuor magnitudium primò pendentium in E, & deinde dispositorum in axe rigido per sui medium innitentijs in eodem puncto E, in cuius brachij extensis in infinitum possunt illæ æquales distantiae inter se esse simpliciter maiores, & maiores singulæ; ergo augmentum virtutis duarum Z.M. ad æquiponderandum ipsis quatuor S.T.V.X. pro tali distantia reciproca non potest haberi ex proportione in velocitate motus inter illas, vt nos asslerimus.

L

Resp.

Resp. 1. sensum primæ petitionis esse æqualia grauia pro-distantijs æqualibus collata inuicem ita se habere, vt vnum non præualeat alteri. Cum quo sensu stat, quod singula, & omnia in situ, in quo magis distant, possint plūs premere, & plūs valere, quam in situ, quo minus distant à sustinente; & hoc ita esse conuincit experientia: si enim duo pondera, quæ in Vecte, propè hypomochlion ex illo pendentia, su-stinentur, in distantijs æqualibus, æqualiter remoueantur magis, & magis ab illo, Vectem frangent. Experientia au-tem conformis est nostro Princípio, & fractis oppositioni-bus illud confirmat; cum pondera in maiori distantia ab hy-pomochlio sint in potentia proxima ad maiorem, & velo-ciorem motum respectu minoris, & tardioris, quo coactus ab illis cedit sustinens Vectis.

Quarè non est vniuersaliter verum, nec necessariò con-sequitur ad petitionem primam (pondera plura vnta æque ponderare vt separata, quandiu seu vnitorum, seu sepa-ratorum suspensiō fiat ex centro grauitatis.)

Quiā tamen communiter in eodem Vecte, velut omnium axe, siue separata siue vnta pondera suspenduntur, & in-hac dispositione contingit vt dūm partes vnius integrī, ser-uato eodem centro grauitatis aggregati, separantur in di-stantijs inter se æqualibus, in eadem proportione, qua ali-quæ earum elongantur à communi Vectis sustentaculo, in-eadem aliae magis accedunt ad illud, ad eamdem positionis differentiam respectu illius, inde est, quod pro eodem ali-quando reputari iure possit, siue ponderent vnta, siue sepa-rata.

Resp. 2. in dispositione dicta aggregati ex quatuor ma-gnitudinibus S.T.V.X. in proprio axe rigido, & suspensiō-ne per commune centrum grauitatis ad signabile Vectis E, & duarum similiter Z.M. in proprio axe ad signabile Ve-tis in D; quanto maior sit excessus velocitatis illarum re-spectu.



Sect. 3. Ad obiecta contra Nonum Pr. 83

Specie mensuræ, quam importaret reciproca proportio illius C. & dictarum magnitudinum pro talibus distantijs Vectis insistentium, tanto magis auferetur æquilibrium; neque petitio prima, licet admissa in suo vero sensu, neque quod ex illa necessariò sequitur, probare possunt æquilibrium perseveraturum.

Aduertendum tamèn quod si dicti axes rigidi ita insisterent ad puncta E. & D. Vectis, ut in conuolutione partium illius seruarentur semper perpendicularares ad horizontem, perinde esset, ac si ipsæ magnitudines unitæ suspenderentur per centra vtriusque aggregati de iisdem punctis E. & D, sed in tali casu vtroque modo seruarent proportionem velocitatis motus vtriusque aggregati, requisitam ad æquilibrium.

Si verò dicti axes, ita essent affixi ad signabilia E. & D. in Vecte, ut facta conuolutione illius recederent à perpendiculari ad horizontem; seruarent tamen eumdem angulum cum Vecte, possent quatuor magnitudines in elevatione partis Vectis C. E, non semper ascendere; immò duæ ex illic ferè semper descendere, dum in depressione partis C.D. duæ semper descenderent, & ascendentium, descendientiumque variari proportiones. Sed hæc ad repellendam instantiam plus quam satis.

Vnde sit petenda mensura velocitatis motus, secundum quam debent comparari virtus mouens, & resistens.

Obicit 2; & per hanc instantiam censem demonstrari nostrum principium esse prorsus nullum.

Sint brachia B. H. & B.C. secundum angulum rectum.

L 2

iuncta

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale


0 1 2 3 4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

iuncta in B; & supposito sustentaculo ad B. sit Brachium, B.C. magis eleuatum,



& ad extrema H.C. sint per suum centrum grauitatis innexa duo pondera rotunda æqualia.

His positis iuxta communem modum philosophandi cum Archimede, confirmatum experientia non fiet consistentia, sed descendente H ad A. ascendet C. ad E. expresè contrà principium nouæ methodi; cum tam velocitè, & pro æquali arcu moueatur C. in E, sicut H. in A. alij casus huic affines afferuntur, vt demonstretur data comparatio ne motus æquè velocis intèr eamdem virtutem, & idem resistens per æquales arcus; nihilominus pro vna constitutio ne Machinæ euidentè ostendi multò maiorem esse facilitatem, quam pro alia: ac proinde verum principium augmenti virtutis per machinam nullo modo esse petendum à velocitate motus; quod si quis velit illam al quo modo adhibere, nullo modo sic absolutè proponendam, sed cum multis limitationibus, quas si eius author non addiderit, non deerunt, qui euidentè ostendunt fuisse addendas.

Resp. I. licuisse Archimedi, & spectatoribus absolutè assertere, quod si fuerit ratio distantiarum, quæ ponderum reciproca fiet consistentia, & nihilominus insertis ad extrema librae ponderibus rotundis æqualibus, vt dicta extrema perueniant ad centrum grauitatis illorum; si alterum eius brachium inflectatur sursùm, dum alterum manet paral,



parallelum horizonti, quamvis maneat æqualitas pondere-
rum, & æqualitas distantiarum à sustentaculo, non fieri



consistentiam, sed descendere pondus appensum brachio parallelo horizonti; quia distantiæ à sustentaculo non sunt mensurandæ quomodocumque, sed certis seruatis regulis, v.g. non à superficiebus ponderum, sed à centris grauitatis illorum, rursus non in qualibet linea ducta à centris grauitatis ad signabile sustentatum, sed in parallela horizonti ducta per centrum librationis, & quidem secundum designationem factam in illa à perpendiculari D.E. ad centrum Terræ, incedente per centrum grauitatis ponderis, quæ, quia à pondere inserto ad extremum brachij inflexi, & elevati descendens, suprà parallelam dictam per centrum librationis extensam, demonstratur illam secare in minori distan-
tia à tali centro C. per sinum primum, quām sit distantiæ
sinus totius C.B; qua distat pondus insertum ad extremum
æqualis brachij, per quod incedit dicta parallela: ideo iure
assieri, non fieri consistentiam, sed pondus in brachio æqua-
li quidem, sed parallelo horizonti, descendere, alterio ele-
vato.

Quarè ergo non licebit mihi absolutè asserere à maiore
velocitate motus virtutis debilioris respectu tarditatis mo-
tus resistenter, facta ex connexione utriusque in Machina,
prouenire augmentum virtutis debilioris per Machinam
apte ad vincendum, vel compensandum resistens validius

de

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak


Gray Scale

0 1 2 3 4



de se; licet velocitas, & tarditas motus non sint quomodo-
cumque mensurandæ?

Resp. ergo 2. velocitatem, & tarditatem motus mensu-
randam secundum lineam inclinationis potentia motuæ, &
resistitivæ; ac proinde in ponderibus singulariter secun-
dum lineam perpendicularē horizonti, secundum quem
attenditur deorsum versus illorum inclinatio,



furusum vero illorum resistentia: quarē in casu obiecto non
arcus, sed sinus esse comparandos; atque ita cum tantō mi-
nor sit sinus versus D.E, secundum quem ascendit pondus
in brachio B.C; quam sinus rectus I.H; secundum quem
descendit pondus in brachio B. H; ideo tantō maior ve-
locitas dicenda erit esse in motu ponderis præalentis per
sum descensum, & tantō maior tarditas in motu ponderis
resistentis in sua eleuatione.

Adhibe hanc mensuram proportionaliter ad alios casus,
qui similiter proponentur in oppositum, & agnosces, stante
veritate nostri principij designationes, & demonstrationes
illorum verè esse casus.



Quomo-



Quomodo sit attendenda mensura virtutis ad comparationem motiui, & resistui in vsu Machinæ.

AD vitandos alios Paralogismos in hac materia compendiari sunt actus secundi talis motiui, & talis resistitui, non solum secundum lineam inclinationis eorum, sed secundum mensuram, in qua præcisè virtus illorum proximè applicatur ad victoriam, & resistentiam; ad quod necessarium aduertendum, quid tali virtuti decrescat in ordine ad actum secundum ratione medij v.g. in quo existit; nam omne graue constitutum in medio habente aliquam grauitatem secundum mensuram grauitatis; per quam est æquale tali parti medij, quæ locum ab eo occupatum obtineret, non mouet deorum intrà illud; cum in toto homogeneè graui, & ad centrum benè constituto, partes non grauitent supra partes, sed naturaliter quiescant. Ex quo fit ut grauiora v.g. lapis, & plumbum immersa aquæ, non nitantur deorsum intrà illam, nisi secundum excessum suprà pondus illius partis aquæ, quæ occuparet locum de facto repletum ab illis. quare si sic immersa connectantur alteri per Machinam, non erit mensuranda eorum virtus motiua, vel resistiuæ, dum immersio durat, nisi secundum huiusmodi excessum.

Quia ratione grauitas aquæ, & quidem unius super aliam facillime, & exactissime deprehendatur.

APertissima est experientia, supradicta confirmans, si lapis, vel plumbum tenui filo v.g. setæ equinæ alteri brachio.

brachio bilancis alligentur, & demittantur in aquam, & in altera lance arena immittatur, donèc cum pondere sic immerso fiat utriusque brachij paralleli horizonti consistentia; tūm vero extractis illis ex aqua, addatur in lance arena ad æquilibrium in aëre. Sic enim constabit quanto minus ponderet lapis, vel plumbeum intra aquam, si examinetur pondus arenæ additæ ad faciendum æquilibrium in aëre; rursus eodem lapide, vel plumbo modo vni aquæ, modo alteri immerso, & in utraque immersione animaduersa quantitate arenæ, quæ in alterius brachij lancem immititur ad æquilibrium, & consistentiam utriusque horizonti parallelis, agnosceretur quanto in mole æquali, repletuæ loci de facto occupati à lapide, vel plumbo, vna aqua sit grauior alia: ea enim tanto grauior, in qua cum tanto minori quantitate arenæ factum est æquilibrium.

Solutur argumentum lynceorum contra leuitatem positivam.

Quod dictum est de grauioribus intrà minus grauij mersis, euidenter constat euenturum proportionaliter in leuioribus intrà minus levia contentis: ea scilicet in ordine ad leuitandum sursum non nisi secundum mensuram excessus suprà minus leue sursum nisura, vt similis ratio persuadet. Ex quo cum primum prodijt in tractatu de innatantibus aquæ, lynceum contra leuitatem positivam argumentum, quām leue esset ostendi; iuxta cuius normam Vir illius Academiæ inter primos sic discurrebat magno circumstantiuni plausu: quando mobi e mouetur à principio intrinseco facilius, & celerius mouetur in medio minus resiliente velocitati motus, quām in magis resiliente; at si moueatur extrusum à circumstante grauiori tantò facilius & cele-

Sect. 3. Ad obiecia contra Nouum Pr. 89

& celerius sursum mouetur, quanto illud est grauius, licet sit densius medio notabiliter minus graui, in quo ientè promouetur à tanto minori eius grauitate, debilius ipsum sursum agente.

Sed dum in amphora vitrea v.g; exponitur aqua ad ignē, ut incalescat, expiratio tenuis è fundo exurgens celerimē per aquam fertur, ad cuius supremam superficiem, ubi peruerterit, spectatur inclusa bullæ, qua disrupta lentissimē cernitur per aerem ascendere: ergo cum aqua tanto densior aere, tantò magis resistat velocitati motus, si expiratio illa sursum niteretur vi leuitatis intrinsecæ, tardius multo pergeret per aquam, quam per aerem; quod cum apertæ repugnet experientiæ, omnino dicendum videtur, celeritatem motus sursum in dicta expiratione esse à grauitate notabili aquæ, illam sursum validè extrudente; tarditatem vero motus eiusdem in aere, alioqui facilimè diutissimi, esse à modica aeris circumstantis grauitate, quæ ipsam debiliter sursum vrget.

Resp. expirationem calidam, respectu aquæ valdè leuem, secundum mensuram totius suæ leuitatis sursum nisi intræ aquam; ac proinde valere ad resistantiam illius celeritè superandam; at vero valdè exiguum excessum supra aerem obtinentem in leuite, sursum nisi præcisè secundum mensuram talis excessus; ac proinde non esse mirum si lente per aerem ascendet; etiam si dicatur à leuite positiva intrinseca moueri.

Quomodo per Machinam intè virtutem debiliorrem, & validius nitens in oppositum fiat consistencia ex vi nostri Principij.

Obiectum est 3, & prorsus reiectum nostrum Principium à duobus Mathematicæ Professoribus, quo-
rum

M

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

rum alter libris editis meritò celebris est P. Cauallerius , quod cum tale Principium restringatur ad maiorem velocitatem motus omnino nullum est in explicando æquilibrio intèr debilius , & potentius , quandò eadem fuerit ratio distantiarum , quæ ponderum reciprocè ; quod etià ostendit , dum virtus debilior præualendo causat motum , talis præualentia veram causam non contineri in illo Principio , in quo causam æquivalentiæ , dùm per virtutem debiliorem causatur æquilibrium , nullo modo contineri evidens est .

Resp. 1. me non facere vim in nomine ; an scilicet consistentia , & quies , quæ per Machinam sequitur inter debilius , & fortius , sit dicenda æquivalentia , & æquiponderatio , nec ne .

Resp. 2. quod si idem pondus , vt vnum sit in tali dispositione ex artificio Machinæ connexum cum pondere vt quatuor v.g ; ratione cuius non possit sequi motus ipsius , nisi cum velocitate , vt quatuor , respectu velocitatis , vt vnum , in motu correspondenti illius : ac proindè in motu sic velociori pondus , vt vnum , necessariò quater sit replicandum , & totiès applicandum ad mouendum , vel resistendum : necessariò in tali dispositione ex vi nostri Principij , fieri consistentia , & quies cum pondere , vt quatuor , cum quo sic conexum est per Machinam ; cum non possit in tali dispositione illud mouere , nec ab illo moueri ; non mouere , quia ipsum in motu sic velociori non applicaretur , nisi vt quatuor , quomodo est impossibile præualere ei , quod in suo motu necessariò esset pondus vt quatuor : nec moueri ; quia in motu sic velociori , qui in pondere , vt vnum , diceretur causari ab altero , ipsum necessariò applicaretur , vt quatuor , ad resistendum ; ac proindè secundū talem replicationem æquivalens quatuor resistentibus , vt vnum , non posset vincere motore vt quatuor in motu sic tardiori , vt semel tantum , applicato ad mouendum respectu illius .

Quomodo

Quomodo virtus de se minor constituatur per
Machinam proxime potens incipere
motum, quo vincat validius
resistituum.

Quomodo ex motu virtutis reddatur ratio à priori eius, qui existit in resistituo,
dum vincitur.

Obiectum est 4. in litteris Neapoli scriptis, & censura Romæ facta ab eruditissimo, & amicissimo viro, virtutem de se minorem nullo modo replicari, nisi in motu velociori: & iuxta nouum modum philosophandi nullo modo sequiualere, ne dum præualere posse maiori resistituo, nisi per talem replicationem; ergo ipsa, ut est antecedenter ad motum minor, non poterit incipere motum contraria resistentiam potentioris; cum omnis operatio contraria resistentiam alterius exerceatur secundum proportionem majoris inæqualitatis. addidit vir in mathematicis multorum magister ex Boemia prescribens: motum, qui fit per Machinas, esse quid posterius augmento virtutis operantis per machinam, vt pote effectum illius; ergo aliunde debere probari à priori auctas esse vires; immò, inquit, si quis neget potentiam ita constitutam posse motum incipere, tota noua philosophia corruct.

Omissa probatione, qua per deductionem ad impossibile in folijs primò publicatis ostendi, quod talis virtus licet minor, in tali applicatione per Machinam connexa cum potentiori, necessariò dicenda est motum inceptura.

M 2

Resp.

Resp. i. quod licet virtus, de se minor, non replicetur in actu secundo appositè ad intentum, nisi in motu sic velociori; nec nisi secundum illum in actu secundo vincat resistens de se validius, quod pariter exercet resistantiam in actu secundo in motu sic tardiori; attamen ex constitutione Machinæ habetur talis connexionio virtutis de se minoris cum validiori resistitudo, quæ antecedenter ad motum importat proximam determinationem ad correspondentiam tantò velocioris motus illius cum tantò tardiori motu istius; quatenus posita tali connexionione eorum per Machinam non potest tantæ velocitati illius correspondere, nisi tanta tarditas istius; sed virtus dicta ut applicata, secundum proximam determinationem, ad huiusmodi correspondentiam, non est minus potens; immò etiam potentior est respectu resistitudo dicti, cum tali determinatione applicata ad resistendum; ergo antecedenter ad motum, ex tali connexionione per Machinam est proximè potens exercere suum motum, quo vincat talem resistantiam illius.

Minor, & consequens ex illa tibi constabunt, si attendas effectum sequi ad virtutem, non præcisè sumptam, sed secundum mensuram applicationis illius, & hanc comparatam ad resistituum, non præcisè sumptum, sed secundum mensuram applicationis illius ad resistendum; ac proinde contrà vim resistitui simpliciter validioris, sed restricti per Machinam ad correspondentium per exercitum resistantiae tantò debilioris, poterit virtus simpliciter minor, sed applicata proximè ad actum secundum tantò superiorem dictæ resistantiae, quæ sola, & non alia potest in tali connexionione per Machinam illi correspondere, incipere motum, quo illam vincat: cum præsertim talis motus illi de se non sit improportionatus, nisi posita sufficienti impeditione, quam non ponit resistantia tantò minor, ad quam, per determinationem ad motum sic tardiorum, determinatur validius



Sectio 3. Ad obiecta contra Nouum Pr. 93

Illiūs alioqui resistituum, sic per Machinam adnexum.

Resp. 2. ad additamentum; duplē motū in vnu Machinæ posse considerari, primò eum, qui est virtutis, vincētis in actu secundo actualem resistentiam sic limitatam alterius, de se alioqui potentis maiorem exercere; secundò eum, qui in resistente contrā eius inclinationem causatur à virtute adiuta per Machinam modo dicto; & me assumere virtutem, vt sic replicatam in primo ad reddendam rationem à priori secundi, qui sit in resistente.

Poterit ergo virtus, vt vnum v.g; quæ applicatur proximè ad causandam eleuationem ponderis, vt quatuor, secundūm præsuppositam prius natura applicationem sui quinqiès multiplicatam in motu quinques velociori, ex tali connexione per Machinam, vincere tale pondus, vt quatuor, restricūm ad exercendam resistentiam in motu correspondenti quinques tardiori, pro quo se habet vt semel quatuor ad quinque, iuxta probata in explicatione nostri Principij; & sic per talem sui motū esse ratio à priori talis motus, quo vincitur resistens; & cuius causa quæritur.

Quomodo possit in motu essentialiter successuodari simultaneitas replicationis, qua virtus de se debilior vincat validius resistituum, quod in tota successione motus correspondentis semper simul habet totum id, per quod est validus simpliciter.

Obiectum est 4. ab alio, quem in Mechanicis problematibus singulariter exercitatum produnt litteræ ex Boemia pariter transmissæ: quod illa replicatio virtutis, vt vnum,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

vnum, nihil præstare possit ad augendam potentiam: quia etiam si dici possit virtutem, ut vnum, fuisse eodem tempore in quinque palmis spatij, pro quo resistituum, ut quatuor, fuit in uno; non tamè illa replicatio virtutis, ut vnum, est simul respectu sui; & illud vnum quantumuis replicatum nihil potest ponere simul, quod sit plus quam vnum: quod autem eadem virtus præfuerit in primo palmo, ut sic, non potest iuuare eamdem ad premendum pro secundo; nam canis mortuus non mordet. At vero quatuor libræ v.g. in resistitu existunt simul, ideoque illud habet maiorem potentiam ad premendum, quam virtus, ut vnum, in actu primo ad eleuandum; sero enim replicatio adueniet.

Resp. præter illa, quæ antè dissoluimus; quod assumitur, ut præcipuum in obiectione, petitum esse ex essentiali successione motus localis, secundum quam implicat contradictionem aliquas partes illius inuicem in duratione penetrari, ne sequatur idem simul commensurari maiori se, & sic esse, & non esse minus illo: sed hoc totum admittendo cohærenter ad id, quod ostensum est in explicatione, & probatione nostri Principijs; implicat pariter contradictionem talem motum essentialiter successivum, qui est modo dicto tanto velocior alio, sibi in tanto maiori tarditate correspondenti, ex tali connexione utriusque per Machinam, non habere simul proportionem talis excessus ad illum, per quam non solùm totus motus ad totum motum, sed quælibet pars signabilis in illo ad correspondentem signabilem in alio nō sit velocior in eadem proportione, quam sit illa; & ita hoc est mirabile, sed verissimum, ut in sui motu, velociori respectu tardioris, cum essentiali successione in ipso consistat simultaneitas talis proportionis excessus ad aliud; ut respectu cuiusque partis, signabilis in motu sic tardiori resistentis, sit virtus replicata secundum talem proportionem in suo motu sic velociori: quare in partibus velocioribus motus impenetrabilibus



Sectio 3. Ad obiecta contra Nouum Pr. 95

bilibus absolutè inter se duratione, retineatur necessariò simul proportio excessus applicationis virtutis, sic motæ, supra talem resistentiam exercitam à correspondenti, quod sufficit ad intentum per Machinam, in adiumentum virtutis de se debilioris assumptæ; nec successio in partibus, & simultaneitas excessus sunt de eodem, comparato eodem modo ad idem, ut iure dici possint in tali motu velociori habere repugnantiam: neque in alio notiori, & æque extra controuer-
fiam erant explicabiles.

Quomodo augmentum virtutis motuæ, sic limitatæ, & debilioris, possit crescere in infinitum per Machinam ad vincendum resistituum validius, & validius in infinitum.

Quoniam tale augmentum non solum non sit ex augmento impetus collecti in tali mouente ex motu per Machinam; sed fieri possit maius, & maius in infinitum cum eodem prorsus impetu; imò cum diminutione illius.

*O*bicit V. Philosophiæ Professor, & Mathematicarum benè peritus; quod cum in alijs agentibus, licet applicationem maiorem sequatur aliqua maior perfectio, vel in causatione, vel in effectu; nihilominus sint certi limites in causando per naturam præscripti ex limitatione virtutum in essendo, quos virtus sic limitata non potest excedere; quomodo poterit vis finita obtinere per Machinam maiorem,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

[/start.htm](#)

rem , & maiorem applicationem in infinitum , & secundum illam obtinere maiorem , & maiorem effectum in victoria validioris , & validioris resistitui in infinitum ?

Neque videatur recurri posse ad aggregationem maioris , & maioris imperus , cum grauitas ponderis mouentis sit eadem , & eius motus possit ; æquali tempore , & spatio mensurari .

Resp . primò victoriam validioris , & validioris resistitui in infinitum , non posse tribui , maiori , & majori perfectioni virtutis motuæ , aut impetus producti , & collecti in moto , & mouente per illam ; cum illa sequi possit , non solum persistente grauitate , & impetu in eadem mensura ; sed illis licet imminutis : nam pondus cum eadem grauitate , & æquali tempore motum , æqua celeritate descendens ; immò cum minori grauitate pro æquali tempore minus velociter motum , potest hoc præstare , dummodo ex connexione per Machinam restringatur resistituum ad exercendam in motu , respectu ipsius , sic tardiori minorem , & minorem resistitiam .

Resp . 2. cum victoria , quæ reportatur de resistente in vñ Machinæ , adhibitæ in adiumentum virtutis debilioris , procuretur per proportionem maioris inæqualitatis in velocitate motus virtutis , supra eam , quæ est in motu resistentis ; & ea sequatur ex tali conformatione Machinæ , per quam talia mobilia cum tali dispositione ad huiusmodi motuum correspondentiam connectuntur , sicut talis proportio potest crescere persistentibus in eadem determinatione in se , tam grauitate ponderis v.g. quam impetu à grauitate producto ; si motus resistentis correspondens magis & magis retardetur ; ita non arguit necessario maiorem perfectionem in causa , aut in effectu illius .



In quo conueniant mouens per Machinam, &
resistens motum cum alijs agentibus na-
turalibus, & passis illis corre-
spondentibus;

Et in quo differant ex mirabili artificio Machi-
næ, inuentæ in adiumentum virtutis mo-
tiæ debilioris contra vires validio-
ris resistitui.

Causa quantumvis limitata in natura, non habet limita-
tionem in successiva applicatione totius suæ virtutis
ad actum secundum sibi proportionatum, consequenter
producendum aliud, & aliud, pro mensura suæ durationis;
actus enim secundus præcedens, ut sic, relinquit eamde m-
potentiam æquè proportionatam simili pro tempore sequē-
ti; nisi ea aliundè debilitetur, aut destruatur. Virtus limi-
tata in natura potest contrà resistituum non constitutum
in diuerso genere, si eius resistentia fiat minor, & minor in
infinitum.

Hoc autem, & nihil amplius conuenit virtuti, vtenti
Machina ad æquivalendum, vel prævalendum potentiori,
& potentiori in infinitum.

Sed artificium Machinæ hæc habet mirabilia; Primò
applicationi successivaæ virtutis content simultaneitatem
proportionis in excessu celeritatis respectu alterius; ac pro-
indè virtus motuæ, cum successione in applicatione sui ad
actum secundum, obtinet per Machinam, ut simul æqui-
valeat pluribus, & pluribus in tali proportione respectu al-
terius,

N

terius,

terius , ad illi æquivalendum , vel præualendum ; quibus ta-
men simplicitè loquendo , & de se considerata , non æqui-
valet , nisi successuè , per talem successiuam applicationem
ad ulteriorem , & ulteriorem actum secundum , vt verifica-
tur de qualibet alia virtute limitata , operatiua in natura .

Secundo quod validissimum resistituum in proportione
correspondente restringit ad minorem , & minorem actum
secundum resistentia in motu sic tardiori ; ita connectando
ex sui dispositione virtutem , motiuam secundum propriam
inclinationem , & resistituum mobile contrà propriam in-
clinationem ; vt dum est necessaria connexio tantæ celerita-
tis motus illius cum tanta tarditate motus istius , sic celerius
mouens in proportione , non habente successionem in sui
denominatione , æquiualeat tot motoribus , qui simul sum-
pti non solum possunt esse pares , vt euenit in consistentia ;
fed etiam istud excedere , vt euenit cum mouetur , & cedit :
ipsum autem sic tardius motum non æquiualeat

nisi minori , & minori resistituo , quod com-
paratione debilioris & debilioris mo-
tui , modo dicto adiuti per Ma-
chinam , vel præualere ei
non possit , & sic fiat
consistentia ; vel
compel-

latur ei cedere , & sic contrà pro-
priam inclinationem mo-
ueatur ab illo .

**



P A R S



PARS QVARTA

De Comparatione virtutis motiuæ per Machinam, cum Resistituo penetrationi, & inductio-
ni vacui inter corpora.

LECTORI



*D*examen augmenti virium motu*i* per Machinam supra resistens deesse videbatur comparatio cum resistituo Penetrationi, & inductioni vacui, quoties inter corpora, diuellenda inuicem, non potest succedere aliud corpus : placuit hanc ipsam addere ; præmissæ eamen nonnullis, quæ, interrogatus de nouis experimentis ad ostensionem vacui adductis, anno superiori responderam, & difficultatibus contra responsa propositis nuper repœfui. Quod si per ea, alijs Philosophiae Partibus opportuniora, cum numero pa-

MAGN

N 2

ginarum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

0 1 2 3 4

Gray Scale

ginarum tibi fastidium crescat, facillimum erit omitte-
do minuere, & ad ea, quæ propositæ comparationi dire-
cte satisfaciunt in fine secundæ Epistolæ, diuertere. Unum
rogo, ne grauiter feras alteri, ist hæc ipsa volenti, esse pa-
riter facillimum paucis exposita percurrere. Vale, & ho-
ras vacuas melioribus imple.



MAGNO

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale



MAGNO AMICO

NONNEMO EX COLLEGIO ROM. S.I.S.D..

*Experimenta vulgata non vacuum probare, sed
Plenum, & Anuperistasim stabilire..*

DAVVM interrogasti, sed versari solitum cum Oedipis, quibus conuiuere tanti est, vt mihi ex illorum eruditione aliquid forte adhæserit, quo propositis satisfaciam: quod vt præstem, licet, præter exhibita ab alijs, propria, & sepius iterata experimenta adhibuerim, non apponam tamen mensuras Tuborum vitreorum, aut infusi argenti viui, aut partium in illis ab eo descendente tam in vibrationibus, quam in quiete derelictarum, nec vibrationum ipsarum numerum, aut similia; quia ad solutionem eorum, quæ mihi proposita sunt, minus faciunt, & Epistolæ breuitatem quantum fieri possit, sine veritatis intentæ dispendio, retinere animus est, cum præsertim ea ab alijs vulgata sint.

Experimentum propositum.

SI Tubus vitreus, secundum alteram extremitatem imperius, ingestus per alteram patentem argento viuo, impleatur, & erectus immergatur secundum patentem, sed apposito dacto clausam, alteri argento viuo in vase subiecto contento, & aqua superfuso; tum amoueatur digitus ab

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

0 1 2 3 4



<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

ab orificio Tubi, argentum viuum in Tubo contentum descendit, post descensum aliquantum assurgit; tum descendit minus, & resurgit minus; donec iteratis aliquot vibrationibus semper minoribus, tandem quiescat in parte Tubi inferiori, relictâ superiori non ipso solum destituta, sed quo quis alio corpore, quod notari potuerit in ipsius locum succedere.

Hoc posito: quæsitum est primò, an dicta pars superior Tubi, sic destituta, verè vacua sit. Secundò, si non sit vacua, quo corpore repleatur. Tertiò, qua vi argentum viuum tam graue retineatur intra aliquam portionem Tubi notabiliter eleuatum supra aliud argentum viuum in vase contentum, & post descensum agatur sursum in iteratis vibrationibus ante quietem.

Quibus antequam satisfacio, placet aliqua non iniucunda, nec extra rhombum præmitte se.

Experimentum Secundum:

Prælusit huic experimento Gaspar Berti, Romanus, Vir nobilis, & in Physicis, Mathematicisque solidè doctus, singulari in experimentis capiendis solertia. Is enim vbi cognouisset nescio quos ex eo probare dari vacuum, saltem ad breue tempus, inter corpora; quod aqua intra Tubos ultra certam mensuram eleuata sisti non posset, quin ex apertis inferius deflueret, nullo interim ex superioribus illorum partibus corpore ad replendum locum aqua destitutum succedente, inferioribus aqua defluente occupatis.

Tubum in maiori multo, quam illi exposcerent, longitudine plumbeum erexit, cuius inferiorem extremitatem, ænea clavi benè munitam, intra vas aqua plenum immisit, ad superiorem vas æreum aptauit, cuius collum Tubo insertum stamno solidauit: in medio huius ærei vasis, fulcris e lateri-



lateribus extantibus campanulam suspendit, apposito ferreo malleolo, aptè ad incutiendum ictum, si eleuaretur: tum per huiusmodi vas æreum aqua infusa Tubum ad orificium usque dicti vasis impleuit, & impositum orificio operculum stamno pariter solidauit.

His ita constitutis vncō ferreo ad inferiorem extremitatem Tubi, intra aquam latenter, immisso, conuoluta clavi ænea, viam aperuit, qua liberè posset aqua ex illo in subiectum vas defluere; & vero, vt afflurgens in vase aqua indicavit, defluxit quantum sex palmos circiter Tubi ante replebat, reliquum intra Tubum perstigit, patente licet ad multum tempus eadem via, quæ postea, reuoluta clavi iterum conclusa est. Tum verò, admoto magnete ad superius vas æreum, malleolus allectus, & remoto dimissus est, à quo percussa campanula, auditus ab experimenti spectatoribus est sonus; sic Tubo utrinque probè clauso per noctem relitto, mane clavi ænea iterum conuoluta, iterum aperta est aquæ via: verum non solum nihil amplius ex ea demisit Tubus, sed ex pridie demissa resorbuit. Iteratum coram viris eruditis experimentum eodem successu Florentiam ad Amicum perscripsit.

Experimentum Tertium.

Litteris loco auctarij addidi aliud, sub idem tempus à me completum, ad reuinendos eos, qui negabant intra concamerationes subterraneas, plus frigoris esse in æstate, plus caloris in hyeme; & quod videmur experiri, tribuentes mutationi sensorij, quod calidius in æstate tali ambiente, & hyeme frigidius, secundum variam; pro varia in se dispositione, alterationem, modo frigoris, modo caloris in eodem exhibeat experimentum.

Thermoscopium siquidem intra eandem cæuernam detentum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

tentum per triennium semper exhibuerat aërem æstate intra Tubum vitreum in maiores angustias redactum, assurgente aqua ex ampulla subiecta, cui altera Tubi extremitas erat immersa, ad replendas partes illius ab aëre restricto derelictas; eundem hyeme dilatatum, aqua in Tubo vitro deorsum extrusa. Ex quo pariter deduxi contra irrigores Antiperistasis dari fugam à contrario, per quam à calido, per æstatem in superioribus terræ partibus dominante, expirationes frigidæ se recipiunt ad subterraneas; ad quas pariter se recipiunt halitus calidiores, dominante per hyemem frigore in superioribus.

Factum post hæc experimentum argenti viui Florentiæ, initio propositum, & à Principe Cardinali Mediceo, vt primum in Vrbem Purpuratus aduenit, accendentibus ad sc̄ honoris causa Patri Leoni Sanctio, studiorum in Collegio Romano Præfecto, & Patri Athanasio Kircher, Matheos Professori humanissimè exhibitum.

Experimentum Quartum.

Addamus quartum ad sanandos eos, qui inter aquæ partes, frigore constrictas in glacie, yacuitates parvas comminiscuntur ex eo, quod aqua in congelatione ad maius interuallum occupandum extendatur; vas enim, licet bene compacta, si à sinu-latori in angustum assurgant, & ad maximam latitudinem, vel ultra repleantur, in congelatione diffringit; non sic, infra illam, vt dilatationi spatiū detur; & in marmoreis patentibus, sed recurvo intus labro, validius resistentibus, ipsa curuatur, sursum secundum conuexum eleuata; omnisque glacies, vel integra, vel etiam comminuta, cuicunque aquæ solutæ immerſa supernatat.

Anno 1647. per æstatem exhibitum spectaculum infrigationis



Prænotanda ad solutionem. 105

dationis aquæ, amphora vitrea inclusæ, per immisionem,
& agitationem conuenientem intra præparatam glaciem
contusam.

In quo primò aqua visa est ad minus spatium restringi,
relicta parte colli, quam ante inchoatam frigoris actionem,
occupabat; tum progreidente ab ambiente frigido altera-
tione, cœpit dilatari, ut non solum spatium relictum reple-
ret, sed exundaret, aliquot eius partibus ex amphora de-
fluentibus: cum aspergerent interim intra aquam maiores
buillæ, quæ ad superficiem accurrentes, postquam superna-
tassent, rumpebantur; crebrescēbant verò minutiores mul-
ta, quarum extimæ, adhærentes passim vitro amphoræ,
spectabantur.

Qui Romam prescripsit hoc experimentum, vir ingenio,
eruditione, & libris impressis celebris, adiecit se apparen-
tium in illo causas inquirentem eo deuenisse, ut nec inuen-
tas, nec inueniendas arbitraretur.

Prænotanda ad solutionem.

Placuit multiplicare nodos; ut ex illorum solutione
clarius constet, non oportere ex difficultatibus occur-
rentibus noua quotidie dogmata cudere, aut antiqua veter-
um commenta recoquere; sed satius esse quorundam inge-
niorum intemperiem iniecta frigida compescere, quam fo-
uere; ne studio nouitatis, dum animo sincero aliqui Philo-
sophiam iam receptam impetunt, ad meliora labefactanda
alij progrediantur.

Pro solutione primò recognoscenda admixtio halitum,
tenuium, & spirituum in aqua, & multò magis in mixtis cras-
fioribus: licet enim sint leuiores, nihilominus nec vi pro-
pria, nec illorum pondere sufficienter extruduntur, cum

O

ad

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

0 1 2 3 4

Gray Scale

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

ad tenues valdè particulas sunt redacti. Videmus aliquid proportionaliter euenire in particulis terræ, quibus difficile, & nunquam satis liberantur aér, & aqua.

Aliquod huius vestigium notare est in capiendo experimendo primo; si enim quacunque industria repleas Tubū vitreum argento viuo, aérem quidem in maiori mole, majoribus bullis inclusum, extrudi videbis; semper tamen partes illius minores, minoribus bullis inclusas, Tubo adhærentes intra illud remanere conspicies: quanto igitur minus poterunt particulae minores, & minores expirationis, seu spiritus extrudi ab argento viuo, vel alijs? obvia sunt experimenta, quibus huiusmodi halitus, & spiritus, secundum minores, & minores particulas admixtī corporibus crassioribus comprobantur: & per regressum ratiocinando ex his, quæ dicemus de experimentis propositis, clarius cognoscentur adesse.

Recognoscendum secundo huiusmodi particulas tenuiores, & spiritus iuxta exigentiam conseruandæ debitæ dispositionis in natura vniri, & quidem facto motu ad omnem positionis differentiam: sic halitus frigidiores in æstate, calidiores in hyeme se recipiunt intra cauernas, vt se à contrario tueantur, iuxta experimentum tertium: sic expirationes igneæ saxo in calcem redactio inclusæ, si illud immergeatur aquæ, & paulò post extrahatur, dum fugiunt à contrario, sociantur; & sic vnitæ non solùm valent ad sensibilem alterationem, quam dispersæ antè non poterant exercere; sed quæ sunt intensius affectæ intendent debiliores; vt consequenter totum aggregatum ex illis, secundum calorem melius dispositum, potentius sit ad obtinenda ea, quæ tales dispositionem naturaliter consequuntur: sic non solùm, actione illarum præualente frigidis, & crassioribus, tota massa feruere incipit; sed requirente aggregato ex illis ampliorem locum, dissipatur, etiam aliquando



aliquando cum strepitu, aliquot è crassioribus partibus eu-
bratis.

Experimentorum Causæ.

His præcognitis. Ad quartum experimentum censeo, in prima approximatione validi infrigidantis aquam repentem constringi; quia talis est connaturalis dispositio subiecti infrigidati; ad minorem enim locum reduci, quæ infrigidantur, passim constat, si excipias ea, quæ congelantur, quorum dilatationem euenire aliunde, & per accidens ad infrigidationem, ex mox dicendis constabit. Tum vero particulis calidæ expirationis in eo contentis, ab ambiente frigidore refugientibus, & inuicem associatis modo dicto, sequitur alteratio calidiorum in minus calidas, & ex hac totius aggregati in ampliorem locum dilatatio, per quam aqua non solum replet amphoram ad primam mensuram, sed etiam superfluit: quæ in maiori quantitate sociantur, illæ in maioribus bullis enatantes exeunt; quæ minoribus bullis inclusæ, non vincentes sufficienter adhærentiam, retinentur in aqua, quæ propterea in congelatione semper ad ampliorem locum extendit, & congelata solutæ supernatat.

Ad secundum, quando primo exhibitum est, dixi, aquam suo pondere nitentem deorsum per apertam ad inferiorem extremitatem Tubi viam, partes substantiæ tenuioris sibi immixtas extitidere sursum, & suo descensu diffundere, atque pro mensura, ad quam potest illas dilatare, in vas subiectum desfluere. Porro in superiori parte, quæ huiusmodi expiratione repletur, appulsa malloeli ad campanulam sonum edi, nullo ibi existente vacuo, nullo accidente fine subiecto; & euidenter conuinci, ibi fuisse corpus violenter

O 2 dilata.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

0 1 2 3 4

Gray Scale

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

dilatatum ex eo, quod alteratum per noctem à frigore ambientis, & sic maiores habens vires recolligendi se in minorum locum, laxata mane extremitate Tubi inferiore, superatum est ab illo sè condensante aquæ pondus: dum verò hæc sursum ab illo retracta est, aliam ex subiecto vase Tubus resorbuit..

Confirmabuntur ista ex mox dicendis ad primum experimentum, de quo interrogatus sum; ad cuius solutionem.

Affero primò, certum esse ad replendum spatium, relictum in superiori parte Tubi ab argento viuo, non succedere aërem, transeuntem per poros vitri; tum quia illis similiter apertis, sicut patuerunt ad introducendum tantum aëris, posset ulterius, saltem sensim, aër succedere, usque dum argentum viuum totum descenderet in Tubo ad superficiem usque alterius in subiecto vase contenti; cum tamen certò confit id non euenire; neque illud argenti viui, quod intra Tubum quiescit, dici possit ab aliquo extrinsecō contranitente æquilibrium sustineri, vt mox offendam: tum quia ubi argentum viuum, remoto ab extremitate Tubi immersa digito, primo impetu descendisset, non statim quod remansit intra Tubum subsiliret, cum non habeat, vt ostendam, æquilibrians extrinsecum, à quo per sui descensum violenter eleuato; & postea vicissim ad descensum præualente, ipsum tantum eleuetur, iteratis, vt dixi, vibrationibus, donec quiescat; & multò facilius aër continuaret ingressum per eos poros, quam tantum ponderis relicti in Tubo argentei viui cum addito eius, quod in subsultu resorbetur intra Tubum, e subiecto vase eleuaretur, ab aëre in superiorem Tubi partem ingresso, & sè colligente ab aliqua distensione.

Denique quia si primo Tubus non omnino argento viuo repleatur, sed, aëre in aliqua eius parte relieto, inuertatur, aër ad superiori ora Tubi versus extremitatem vitro clausam ascendit:



ascendit: quo factò si Tubus argento viuo contento in subiecto vase per alteram extremitatem immergatur, & amoto digito inclinetur, non potest argentum viuum percurrente Tubum inclinatum omnino illum replere obſidente aëre qui semper conficitur in Tubo sic inclinato locum tenere. At vero si Tubus primo, aëre quantum fieri potest excluso, totus argento viuo repleatur; tum erectus secundum inferiorem partem immergatur, donec ab aperta inferiori extremitate argentum viuum defluens relinquat superiora. Tubi deſtituta; si postea idem Tubus eodem modo immersus argento viuo inclinetur, argentum viuum per inclinatum excurrens totum implet, quod apertè indicat partem Tubi superiorem, ab argento viuo descendente relictam, non fuisse repletam aëre, cuius si una particula admittatur relinqui intra Tubum, semper in eo vel erecto, vel inclinato agnoscitur suum tenere locum, ut non possit, niſi eo per extremitatem apertam excluso, Tubus sensibiliter totus argento viuo repleri.

Affero secundò, non succedere aërem, aut aquam, subeuntem per extremitatem Tubi, quæ amoto digito aperta eff intra argentum viuum, in subiecto vase contentum, & aqua superflusum. Probatur tum ex modò dictis, quæ proportionaliter contra subeuntia per inferiorem extremitatem aërem, & aquam militant; tum quia ab argento viuo in tanta quantitate circumfuso, & muniente extremitatem Tubi apertam, ſufficienter illis impeditur transgressus ad superiora Tubi supradicta.

Affero tertio, ſpatium intra Tubum, ab argento viuo deſcendente relictum, nullo modo esse vacuum.

Colligitur ſiquidem ex iteratis, & examinatis experimentis ibi adēſe corpus replens. Primò proportionaliter, ut euenit in Thermoscopio, calefacto vehementer panno lineo, & secundum plures plicas ad superiores Tubi partes, argento.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

argento viuo destitutas admoto , agnoscitur rarefieri quod est intus , & deorsum magis detrudi argentum viuum ; Immerso verò eodem panno in frigidam , & similiter admoto , agnoscitur id , quod est intus , ad minus spatium coarctari , dum argentum viuum non solum attollitur ad mensuram , in qua quiescebat antequam calidus pannus admoueretur , sed sensibiliter supra illam : remittente autem calore , & frigore sic inducto , argentum viuum restitui ad mensuram , in qua primo quiescebat : corpore scilicet intus existente similiter , ut ante , disposito .

Secundò colligitur in superioribus Tubi partibus argento viuo destitutis adesse corpus replens ex vibrationibus ab argento viuo descendente , & resiliente iteratis ; similiter ex quiete , qua tandem persistit intra tantam partem Tubi erecti modo dicto ; cum modo nullo , vt mox dicemus , possint huiusmodi causari ab aliquo æquilibrante extrinseco ; fiunt igitur à corpore intra partes superiores Tubi existente , per vim rarefacto ad tantam mensuram ab argento viuo , non solum secundum naturale suum pondus præualente , sed etiam per impetum acquisitum in descensu , quo impetu imminuto , illud contra solam vim prægrauantem tanti argenti viui recolligit se , & argentum viuum sursum eleuat , collecto similiter impetu in se per talem motum , quo imminuto non potest retinere argentum viuum in tanta mole , in quanta eleuavit ; quare illud descendit ; sed è minori altitudine semper , & in minori mole , quam in præcedenti descensu , & ita minore vi distrahit minus tale corpus replens spatium à se relicturn , quod rursus , minore vi se recolligens , minus eleuat argentum viuum ; imminuta sensim actione ab utroque ad alterum , minuantur vibrationes , & tandem fiat consistentia argenti viui in mensura ; secundum quam corpus replens superiores partes Tubi in tali dispositione potest tantum distrahi à tanto pondere illius , & tantum

tantum pondus illius potest sustineri à corpore sic obſiſte-
te vltiori diſtensioni ab illo.

Placet hic aduertere, quod si facta conſiſtentia, Tubus
magis immergatur argento viuo, aut magis descendendo
intra illud, aut per nouam iuſtificationem, tunc crescente illo
in vase ſubiecto, contentum intra Tubum ſupra mensuram
prius in Tubo aſſignatam aſſurget, ſed non in maiori quam
prius altitudine ſupra ſuperficiem argenti viui, ſubiecto va-
ſe contenti; ratio huius eſt, conſequenter ad dicta, & dicta
conſirmans; quia quod eſt immersum alteri argento viuo
non nititur deorsum, ſed in illo quiescit; quare præter il-
luſ, quod immersum eſt, debet remanere tantum, qua-
ntum à corpore ſupra exiſtente ſic diſtento potest ſustineri;
quod cum ſit in mensura ferè aequalē ei, quod ante ab ipſo
ſuſtinebatur, non potest non excedere ſignatam altitudi-
nem in Tubo magis immerso, & eſſe in aequali ferè eleua-
tione ſupra ſuperficiem eius, cui in vase ſubiecto immersum
eſt: Quod ſi ſuperfundatur aqua argento viuo in vase con-
tentio, vel ſuperfufa augeatur, aſſurget contentum intra
Tubum, ſed minus; & ratio eſt, quia graue immersum aquæ
tantum cellat grauare ſuſtinenſ, quantum eſt pondus aquæ,
quaꝝ repleret ſpatium occupatum ab illo intra reliquam
aquam; ideò argentum viuum crenat ſupra mensuram in
Tubo ante occupatam, ſed pro mensura ponderis talis aquæ
immo aſſurget, etiam magis ſuper ſuperficiem argenti viui
in vase ſubiecto contenti, quod ante non prafstabat; quia
in iſto caſu argento viuo, quod ante quiescebat in culum
Tubo in tanta eleuatione ſupra ſuperficiem alterius, cui ex-
tremitas aperta Tubi immergebatur, detracitum eſt, in or-
dine ad ſuſtinenſ, aliquid ponderis, pro mensura ponderis
aquæ, repleteꝝ ſpatij intra circumfufam occupati ab illo;
quare cum ſuſtinenſ poſſit ſuſtineare tantum ponderis, qua-
ntum à ſe ſublatum ſuſtinebat ante, neceſſariò ſuſtinebit ele-
uatum

tratum supra superficiem argenti viui vase contenti illud amplius, quod respondet ponderia dicta aqua illi subtracto modo dicto.

Affero quartò, argentum viuum, quod post descensum, relicis partibus superioribus Tubi, aliquas inferiores replet supra superficiem eius, cui extremitas Tubi aperta immersa est, non retineri ibi ab vlo aequilibrante extrinseco.

Constat evidenter, quia si ad illam mensuram impleatur primò Tubis argento viuo, reliquum Tubi replente aere, & obturata per appositorum digitum extremitate, similiter immagratur argento viuo, in subiecto vase contento; tum amoueatur, etiam lentissime, digitus ab orificio; illud argenti viui, quod erat intra Tubum, descendit ad inferiora Tubi, & in multo minori quantitate aliquid ex illo remanet intra Tubum; ergo non adest aequiponderans extrinsecum, à quo ad faciendum aequilibrium sustineretur in experimen-
to primo argento viuum in tanta eleuatione. Similiter admitte intra Tubum, ceteroqui plenum argento viuo, aliquid aeris, & pariter cernes, iuxta supradicta de disten-
sione corporis replentis partes Tubi superiores ab argento viuo relictas, pro mensura qua aer admissus præter naturam suam distendi potest pondere argenti viui illi adhaerentis, argento viuum vterius ad inferiora Tubi descendere, nulla ratione habita aequilibrans extrinseci, à quo dicen-
tur ante, pro tanta mensura eleuationis, intra Tubum su-
stineri.

Denique quiescente in inferioribus Tubi argento viuo, vt in experimendo primo proposito eleua extremitatem Tu-
bi immersam ad superficiem alterius, cui immagratur, & illi digitum admoue; tum altera manu Tubum è subiecto vase
exime, & sustine: vix senties ab argento viuo Tubo conten-
to digitum appositum premi. Quod si ad tantam mensuram primò impleas Tubum argento viuo, alijs eius partibus aere
plenis;



plenis; tum, apposito digito ad extremitatem patentem, Tubum inuertas; statim agnosces quanto magis prematur digitus ab argento viuo in eadem mensura, qua prius, intra Tubum existente. Quare consonè ad constituta conuincitur in primo casu, iuxta experimentum primo propositum, argentum viuum intra Tubum quiescens non egere & qui ponderante extrinseco contranitente, quo illi desfluxus è Tubo impediatur; sed ipsum sustineri ratione adhærescentia, qua ad vitandum vacuum vnitur corpori in superioribus partibus existenti, & vltiorem ab eius pondere distensionem non ferenti. Quod non evenit in secundo casu; quia superiores partes occupans aër, cui argentum viuum adhæret, facile potest ab eius pondere magis, & magis distendi, & sic positus digitus notabiliter magis ab ipso premi.


Affero quintò partes Tubi ab argento viuo derelictas repletis substantia tenui, seu spiritu ex eodem expirante, à quo pondere argenti viui adhærentis distento, nec vltiorem ab eo distensionem ferente, dum non potest aliud corpus succedere, argētum viuum in tali eleuatione intra Tubum sustineatur supra aliud, cui Tubi extremitas aperta immergitur.

Ad probationem huius assertionis accipio ex sufficienter ante probatis; partes superiores ab argento viuo descendente relictas repleri aliquo corpore, non tamen aere, & aqua extrinsecus aduenientibus; iam ostendamus, nec aeri, qui per minores particulas minus obseruabiles remanserit immixtus argento viuo, huiusmodi illarum repletionem tribui posse. Constat experientia aerem, qui in mole aliqua, bulla inclusus, continetur, discerni separatum ab argento viuo; quod si in maiori mole integrum partem Tubi repleat, quamvis inclinato Tubo a gentum viuum versus illam partem excurrat, eum aut illi obsistere, ne illam repleat, aut ad aliam commigrare, si cedat; & nunquam integrum Tubum sensibiliter ab argento viuo occupari, nisi prius ad al-

P.

teram

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

teram extremitatem apertam detur locus aeri, vt euadat. E contrario verò illud corpus, quod replet partes Tubi ab argento viuo prius totum replente, tum descendente derelictas, si Tubus, sic primò immersus alteri argento viuo in vase subiecto, inclinetur, donec eius superior extremitas perueniat ad distantiam, à Terra, ad quam erecto Tubo pertingebat argentum viuum, quod in illo post primum descensum remanserat, nullo modo impedit, quin ipsum proiussus Tubum totum repleat, ac si in illis partibus nullum corpus adesset; quod aperte offendit: Primò illam substantiam tenuiorem, seu spiritum dictas superiores partes Tubi ante replentem, quia à tanto pondere argenti viui in ea mensura, & non vltiori ab ipso extrahi, & tantum, & non vltiorius distendi potuit; ipsi pariter tantum, & non vltiorem descensum permisisse, perseverante in illis mutua adhærescencia, secundum quam alia corpora in mundo communiter vacuum vitant; at verò argento viuo supra latus Tubi inclinati innitente, atque ita disperrito, vt ita dicam, pondere minus ad prædictam violentam distensionem retinendam applicato, ipsum spiritum se recolligere; idque tanto facilius attrahere argentum viuum versus extremitatem Tubi ab eo ante derelictam.

Secundo ipsum consequenter facilius resorberi intra argentum viuum, à quo sic ante fuerat violentia ponderis extractus ad impediendum vacuum; ita vt, nulla sensibili bulla de nouo apparente in argento viuo, conspiciatur Tubus ipso in tali inclinatione omnino repletus.

Nec mireris, si ampliori Tubo ad experimentum adhibito, maior copia argenti viui in illo maiorem copiam dictæ substætiae tenuioris, seu spiritus subministrare possit, qua pariter sit aptus ad tanto maiorem distensionem, sufficientem ad replendas tanto maiores Tubi partes ab argento viuo descendente destitutas.

Deni-



Denique experimento constat; quod si post descensum argenti viui, & spatium ab eo relicturn in superioribus partibus Tubi, apponatur ad inferiorem extremitatem digitus, & Tubus inuertatur, statim nulla apparente lucta cum corpore, quod replebat partes ab argento viuo destitutas, ipsum defertis ijs, quas ante replebat, in præceps ruit. Hoc autem non evenit, cum aer Tubi partes aliquas replet, non implente totum argento viuo; sed lucta inter ipsum, & aerem inclusum aperte cernitur, & moras facit.

Et ex his de experimentis per alias substantias tentatis, non erit difficile proportionaliter philosophari, attenta peculiari illarum constitutione; & considerando, quod ad sustinendum tantum argenti viui, vel alterius substantiæ intra Tubum erectum, cuius inferior extremitas intra substantiam similem aperta sit, duo concurrunt; tanta scilicet copia exhalationis, seu spiritus, qui debet distendi, & tantum ponderis in corpore adhærescente illum distendente, quorum altero deficiente, potest corpus, quod descendit in Tubo, sic constituto, non tantum descendere, quantum alioquin visum fuerat descensurum.



Patri IACOBO GRANDAMICO,
NICOLAVS ZVCCCHIUS ex Colle-
gio Romano. 5.

Solutio obiectorum contra præmissam Epistolam, quorum occasione explicantur Rarefactio, & Condensatio permanentium; continua extensio successuorum; concursus Corporum ad impediendum vacuum, quod nulla vi naturalis agentis dari posse ostenditur, nullo machinæ artificio.

Anno præterito Dauum interrogasti, & responsum magno Amico typis excussum retulisti, nec improbasti: iam non interroganti vtrō, ipse, detracta larua, perscribo quid in eo improbauerint alij, ad quos mea, & amicorum industria illud transmissum est, quorum ad me remissa iudicia; & quid ego ad obiecta responderim, cohærenter ad primò proposita; quia multū ad veritatem confirmandas prodeste existimo: si ex ijsdem, quibus illa constituta est, opposita dissoluantur. Mutati consilij rationem in fine Epistolæ indicabo.

Quæ scripta sunt ex Gallia, & Italia, partim pro Vacuis interpositis in compositione maiorum corporum ex corpusculis variè figuratis decertarunt: partim, pro substantia ætherea tenuissima, interposita corporibus inferioribus, & facili illapsu ea peruadente; cuius sit replere spatia inter partes aeris vaporosi, aquæ, terræ, & mixtorum ex ipsis; cum


Obiecta contra allatas causas Experim: 117

cum vel eorum rarefactio exigit, vel recessus ab inuicem, nullo simili inter diuulsa subeunte, & ita Vacuo vel ætheri relictum ab argento viuo spatium intra Tubum assignarunt; Addentes in particulari rarefactionem corporum, non nisi ijs interpositis; condensationem, non nisi illis exclusis, explicari posse.

Quia autem illud argenti viui, quod in partibus inferioribus Tubi, licet deorsum aperti, subsistit, dixeram retiniri à substantia spiritosa ab argento viuo educta, & superiores partes Tubi occupante, quæ à tanto illius pondere nequeat ulterius distendi, idque certis experimentis ostenderam; illis elusis experimentis aduocarunt iterum, ac tertio ad id muneric præstandum aerem extrinsecum vaporosum cōprimentem humidum crassius, cui, in subiecto vase contento, orificium inferius Tubi apertum immersum est, & suo pondere impedientem, ne tale humidum eleuetur ulterius, quod tamen necessariò eueniret, si reliquum argenti viui, quod in Tubo remansit, intraidem vas subiectum deflueret. Addentes hoc ipsum euinci experimentis à se in montibus, in planis, in Vallibus saepius captis: siquidem constat in editis locis, in quibus minus ex aere vaporoso imminet tali humido crassiori intra vas contento, velut posito minori ponderante extrinseco, minus argenti viui intra Tubum remanere; at verò in subsidentibus, & profundis pro illius maiori mole imminenter eidem, plus argenti viui retineri inclusum Tubo, post iteratas vibrationes consistentis, velut posito maiori æquiponderante, & impediente, ne per ulteriorem eius defluxum, humidum crassius vase contentum eleuetur ulterius.

Quæ verò litteris ex Belgio, & inferiore Germania datis accepi, nulla refutatione eorum, quæ contra aerem ad replendas superiores Tubi partes, destitutas argento viuo, subintrantem attuleram; conspirantibus suffragijs, velut loco

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

loco motum aerem ad id muneric restituere contenderunt; additis ad id persuadendum delineationibus, quibus oculis subiecerant continuationem aëris, subtiliore velo corpora dura, quantumvis impleta, vel ambita spissiore humido, vestientis.

Iam, ut non solum obiectis, sed proposito Argumento, & legentis forte expectationi satisfaciam, aliqua extra pressam responsoris formam exponere animus est, quorum primum sit.

1. Vacuum, aut substantiam ætheream non requiri, neque sufficere ad explicandam Rarefactionem, sicut neque eorum exclusionem ad condensationem, quas in corporibus experimur,

AD persuadendum propositum, & excludendam imaginationem appositam, semper aptissimam censui proportionem inter motum tardum, & corpus rarum; inter motum velocem, & corpus densum; nam sicut tarditas in motu importat exiguum motum, correspondentem diuturno tempori; sic raritas in corpore, parum talis substantiæ correspondens amplæ extensiō secundum locum: Et sicut velocitas in motu importat multum motus, correspondens breui tempori; ita densitas in corpore, multum talis substantiæ, correspondens exiguae mensuræ extensiōis localis.

Præsentia autem successiva ad aliud corpus, per quam illi correspondet mobile, quod per ipsum moueri dicitur potest de velocissima fieri tardissima, nulla inter signabiles eius partes interposita cessatione, & de tardissima fieri Velocissima.



locissima, nulla exclusa consistentia ; quæ interum peret partes tardissimæ ; extensis secundum maiorem durationem, partibus motus in tardo , quibus æquales plures , & plures sub minori duratione colliguntur in veloci .

Constat hoc, si facto centro in rota insignis magnitudinis, ducatur in superficie illius recta linea à centro ad circumferentiam ; nam ea super axem rotata partes lineæ propè circumferentiam velocissimè mouentur ; quæ verò sunt propiores centro tardius , & tardius ; & sicut, quæ tardius mouentur pro eodem tempore , quo aliæ, tanto velocius, nullis interpositis cessationibus à motu , tardiorum motum obtinent ; sic illæ nullis exclusis cessationibus, quæ corrispondant in tardiori, obtinent velociorem : alioqui si velociter motis celerius progredientibus , fieret aliqua consistentia in tardius motis ; illæ in directum sic constitutæ pro situ , in quo prius erant velocius motæ cum ipsis, non possent esse in directum constitutæ cum iisdem pro situ , ad quem ulteriorem , priore relicto , intelligerentur translatæ , dum sic ipsis interquiescentibus , mouentur : ne contra 13. axioma Euclidis, à Proclo addita Demonstratione declaratum duæ rectæ lineæ in casu prædicto habeant unum, & idem commune segmentum, quod est impossibile: id tamen sequuntur sic ostenditur : linea recta ducta ad centrum proorsus ab eodem punto , & in priori situ , quem tenebant partes lineæ rectæ viciniores peripheriæ , esset pariter cum illis in directum ad partes eiusdem rectæ viciniores centro ; & ducta alia recta linea à peripheria eadem ad idem centrum in posteriore situ , ad quem à priore distantem peruenisse dicuntur eadem partes lineæ viciniores peripheriæ , velocius motæ (consistentibus interim sine motu alijs viciniорibus centro , & nihilominus cum illis sic motis existentibus in directum ;) pariter esset etiam ipsa in directum iisdem viciniорibus non motis ; & sic viciniores centro partes lineæ

non

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

non motæ, dum mouerentur remotiores, essent in directum dictis duabus lineis ductis à peripheria ad centrum in dupli- ci situ inuicem distante, in quo fuissent partes superiores eiusdem linea remotores à centro sic motæ ipsis quiescen- tibus.

Cur ergo non poterit eadem entitas corporis permanens, modo esse sub maiori extensione locali, occupando maio- rem locum, nullis licet interpositis vacuitatibus, aut parti- bus substantiæ æthereæ inter partes illius, & sic esse in sua continuatione non interrupta rarer: modo sub minori ex- tensione locali occupando minorem locum, nullis exclusis vacuitatibus, aut partibus substantiæ æthereæ, quæ non ne- cessariò præfuisse dicantur in statu maioris raritatis, & sic esse densior?

Et sicut partes signabiles, ut immediate consequentes in- præsentia successiva mobilis ad aliud, non separantur à præ- cedentibus per maiorem, & maiorem tarditatem motus su- pra positi, ut possit inter eas, vel breuissima persistentia in eodem situ intercedere, ut probatum est; nec per maiorem, & maiorem velocitatem motus possint fieri magis immediatae, aut ullo modo penetratae secundum durationem cum præcedentibus; ne dicatur idem quantum simul correspondere maiori se, quod est impossibile. Ita poterit Entitas corporea in rarefactione magis extendi ad maiorem locum nullo modo semotis ab inuicem partibus, quæ erant prius immediate signabiles in illa, & in densatione sub minori extensione restringi ad minorem locum, huiusmodi parti- bus, prius immediatis, nullo modo inuicem penetratis.

Non est hic locus atomos pluribus infectandi. Sed satis fuerit admittentes Vacua interposita, propter variam in ip- sis figuraionem ineptam replere spatum, rogare; ut dili- genter aduertant, quantum vltterius aeris immittatur intra- vas æreum assario instructum per Anthleam, bene aptatau, & quan-

& quantum retenta propria rotunditate v.g; si spiramen in illo aperiatur , inde exeat ; ad utriusque autem mensuram seruire poterit , si qui exit , excipiatur canalibus ex animalium intestinis preparatis , & spiramento benè adpressis , illi enim prius subsidentes , aere per spiramen in eos ingresso , turgebunt secundum maiorem , & maiorem longitudinem , pro maiori , & maiori aere è spiramento in eos subintrante : Et agnoscent primò non solum aerem in Vas ultius immissum esse , qui aliquas inter atomos valde exiguae cauitates posset replere , retenta aliquali configuratione propria atomorum aeris ; nec solum aerem ex Vase remanente rotundo exiisse , quem atomi in aere intus manentes dicerentur in gratiam suæ configurationis commodiùs disponendæ extrudere . Secundo cum aer non sit inimicus aeri , eum , qui exit e spiramine ad quacumque positionis differentiam conuerso , non exire extrusum ab aeris atomis , alias similes propellentibus ex inimicitia ; quarè solum ab exigentia maioris raritatis , tum in remanentibus intus , tum in foras extrusis , quam isti sine vacuitatibus interpositis ne sciunt imaginari , & his interpositis quantum necesse est inter atomos aeris ex sola vi configurationis , non omnino cohærentes , postea non possunt rationem reddere , cur ulterius recedentibus ab inuicem atomis componentibus prædictum aerem , debeant maiora Vacua admitti , & sic totum aggregatum tanto maiorem locum occupare ; irregulares autem prorsusque ad captandum maius vacuum , & maiorem risum monstruosè atomorum configurationes , aptiores sunt lusibus puerorum , quam secretis naturæ à philosopho explicandis .

Idem experimentum monere potest assertores substantiæ æthereæ , primò illam magna faltem ex parte excludi ab aere , intrà diuum vas densato , per ulteriore , & ulteriore noui aeris immissionem ; & quod ex illa diceretur re-

Q

manere

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

manere intus non posse causare extrusionem dictam tanti aeris ex apero spiramine; cum in illa non admittant ipsis factam esse densationem, & in aere aliam densationem non agnoscant, quam per exclusionem ipsius substantiae æthereæ ab illo. Quare cum nec substantia ætherea, nec ipsæ partes aeris causare possint talem sui remotionem ab alijs, eiusdem secum rationis simul existentibus, per quam exigant admittere inter remotas ab inuicem aliam substantiam diuersæ rationis, aperte sequitur non aliter explicari posse allatum experimentum, quam per addensationem violenter in aerem prius inductam, & consequentem rarefactionem, ab eo naturalem sibi dispositionem reparante, in se causatam, pro ut à nobis explicata sunt.

Denique cum sensibus appareat idem corpus modò ad maiorem locum occupandum extendi, modò ad minorem restringi; quod ipsis ultra sensum per rationem necessariò addendum censem, debet ex impossibilitate aliter exercenda rarefactionis, & condensationis colligi, quam ipsis gratis assumentes numquam probantes labore importuno, & melioribus insidioso susque deque miscent vniuersa, quæ autem sunt imaginationi captu difficilia in nostro modo philosophandi, ea per instantiam, & proportionem allatam in motu tardo, & veloci prorsus dissipata sunt. Immò cum assertores æthereæ substantiae vacuum non admittant, afferunt talem substantiam esse talem natura sua, comparatione spissorum corporum, quibus admiscetur; & ideo illa eius maiori interpositione fieri rariora, eius verò exclusione densiora; ergo admittunt substantiam aliquam comparatione alterius, ad maiorem locum in paritate entitatis esse extensam, sine interpositione Vacui, aut alterius substantiae tenuioris inter suas partes, ne detur processus in infinitum; & consequenter aliam substantiam per se natura sua esse spissiorem.

II. Sub-

*I I. Substantiam corpoream tenuorem intra
Crassiora corpora a nobis rationaliter agni-
tam esse, & ex ea repletas partes superiores
Tubi argento viuo destitutas, que nullo modo
Vacuae relinquuntur, aut alia substantia
ætherea repleantur.*

Dari substantiam valde tenuem, calidam, & sicciam è terra vi caloris expirantem, & vaporibus in aere, aquis, in mari præsertim, admixtam communia experimenta communiter iam persuaserunt; dari similem substantiam in mixtis crassioribus, quæ à peritioribus spiritus dicitur, & ab aliqua massa spissiore, facile etiam data occasione agitationis, frictionis &c. agnoscitur euolare, ipsi spiritus vini, & qui ex aromatibus validioribus continenter expirant, docent etiam rudiores: huiusmodi substantiam spiritosam extrahi ab argento viuo descendente intra Tubum, supernè clausum; quia nulla succedere potest in locum à descendente relictum externa substantia, & ab ea partes Tubi superiores destitutas repleri asseruimus priore Epistola.


Contra repletionem, certis à nobis firmatam experimentis, nihil alicuius momenti allatum esse cognoui; vt mirari satis non potuerim ad hanc diem non detuisse, qui licet non amplius in Theatro, vt ante, nihilominus in secreto conclavi oculis Virorum Principum Vacuum intra Tubum vietum, argento viuo in illo descendente, vt supra diximus, ostentaret, ad quem conuincendum ijsdem testibus optauit, vt è Tubo cum ea parte argenti viui, quæ infernè in ipso remanet, è Vase in apertum aerem educto, aliquid deflueret; Sic enim imminuto pondere, quo tenuis substantia

Q 2

in

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel


Kodak
Gray Scale



in superioribus Tubi partibus contra suam naturam nimis distendebatur ad impediendum Vacuum , & illa non amplius impedita sufficienter à recollectione sui , ad minorem locum facta esset eius restrictio , per quam (vt cum admiratione expertus sum) tanto impetu in eis Tubum ad partes superiores actum esset residuum argenti viui ; vt Tubum violentissimè diffriingeret , & quidem ex eo tum minutis , tum subtilibus , & oblongis partibus euibratis . Experire tu , certus de acquisitione veritatis cum iactura Tubi ; Sed caue tibi ab huiusmodi partibus vitreis tam violenter excussis ; & agnosces an aliquid remanserit intra Tubum , qui ab illis ut supernè vacuus exhibetur ; cuius se recolligentis vi argentum viuum adhærens tanto impetu sursum agatur ; qui impetus nulla probabilitate referri potest in excessum , qui , ex illis decidentibus guttis de ipso , dicatur factus in extrinseco antea aquiponderante ; vt euidenter spectatur in similibus , facta etiam majori ablatione in uno , & sequito maiori excessu in alio correspondente .

Contra repletionem à substantia spiritosa educta ab argento viuo timuit aliquis , ne illud imminueretur , & repetendis experimentis feruire non posset : cui quod ad imminationem sensibilem , proposui vt attenderet substantias odoratas tamdiu suas expirationes emittentes sine illa , & moderatis experimentis pares . Addidi , monente amico , posse in experimentis de argento viuo capiendis aliquid spectari , quod expirationem huiusmodi ab illo ad partes superiores Tubi , in descensu destitutas , ascendentem ostendat . Si enim in prima repletione Tubi supra infusum argentum viuum aliquid aquæ apponatur , quæ inuerso Tubo illi ad inferiora descendenti superfluit ; notare est ex argento viuo continenter per huiusmodi aquam ascendentibus bullulas , repletas scilicet spiritosa substantia , quæ in tali experimento ab eo expirans sursum transmittitur .

Quod



Quod spectat ad repletionem partium superiorum Tubi ab argento viuo descendente destitutarum , à substantia dicta ætherea , quæ sit substantia subtilis crassiori humido intra- Tubum descendantem immixta , & in tali casu ex eo sursum euocata ; iam appetet dictis à nobis solum nomen , & quidem minus aptum , additum esse .

Quod si afferant eam esse diuersam ab ea , quam posuimus , & aeri circumfuso immixtam per poros Tubi vitrei subin- gredi ad replendum dictas partes illius superiores , ab argen- to viuo destitutas ; tum ex supradictis hic num. 1 ; tum supe- riore Epistola ab ijs , quæ adduximus in experimentis aper- tè confutantur ; primò enim dicta substantia ætherea habens liberum per vitri poros ingressum , ita superiores Tubi par- tes ab argento viuo descendente destitutas repleset , vt non esset necesse illud post descensum sèpius iteratis vibrationi- bus sursum attrahi , quod tamen fit .

Secundo ; Admoto valido infrigidante ad dictas partes , argentum viuum ultra mensuram , in qua post vibrationes quiescit , non assurgeret , quod tamen euenit . Non enim dici posset per frigus inductum in ætheream substantiam , per poros vitrum iam ingressam , illam densari ad minorem locum occupandum cum iuxta illius assertores sit impossibi- lis ista densatio in illa . Nec dici posset euenire , quia alia substantia , in dictis partibus Tubi contenta , vi talis infrigi- dationis densetur per extrusionem à se dictæ substantiæ æthereæ ; nam ea sic extrusa ab illa , nihilominus non extru- fa propterea à Tubo , cum illa tantum loci occuparet intra Tubum , quantum occupabat ante : cum tanta massa ex vtra- que collecta , siue plus , siue minus inuicem misceantur eiusdem mensuræ locum possit occupare . Nec denique quia- tale infrigidans , vt aiunt , infrigidando aerem superstantem Catino , illum reddat grauiorem , & ita magis pressuum ar- genti viui Catino contenti ; quod proinde per orificium pa- tens

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



tens in maiori mole intra Tubum vrgeatur ; siquidem tale
infrigidans remotum a dictis partibus Tubi , quantumuis in
duplo , triplo , quadruplo maiore mensura approximetur
aeri superfstanti catino , non causat talem assurgentiam ar-
genti viui intra Tubum vltra mensuram , in qua post vibra-
tiones quiescebat .

*III. Illud humidi crassoris, quod post descensum
retinetur intra partes inferiores Tubi eleua-
tum supra aliud, cui in subiecto vase conten-
to Tubus per apertum orificium immersus
est, non retineri in tali eleuatione ab æquili-
brante extrinseco.*

Hoc in priori Epistola ad sensum experimentis ipsis
ostendi , ad quæ nemo , quod acceperim , satis re-
spondit ; licet pro aere vaporoso , supra argentum viuum
vase subiecto contentum grauitante , & illud impediente ab
vleriori eleuatione , quæ sequeretur defluente intra ipsum
ea parte , quæ intra Tubum sustinetur , scriferint plures ,
cum quibus de grauitatione aeris vaporosi in hac materia
disputare omnino superuacuum esse euincam , & simul in
partibus Tubi superioribus argento viuo destitutis conten-
tam substantiam tenuorem id præstare .


Proposui priori Epistola cuilibet volenti experiri ; quod
quandocunque aér admittatur intra Tubum cum argento
viuo , & inuersus Tubus immergatur alteri in subiecto vase
contento , & ab illius extremitate aperta , subtrahatur digi-
tus , tunc argentum viuum defluit , ita vt neque in mensu-
ra æquali , neque in multo minori respectu eius , in qua
non ex flente intus aëre remanebat , consistat intra Tubum ,
sed



sed solum pro mensura corporis in superioribus Tubi partibus existentis, & tantam, vel tantam, distensionem sui ab argento viuo deorsum ponderante patientis; vt euidenter constet illud intra Tubum non remanere pro mensura vlius extrinseci æquilibrantis pro tanta, vel tanta altitudine sibi vicissim in utroque correspondente: Nihil ad hoc Italus nouarum è Gallia opinionum admirator, & asecla, visus sibi aliquid tentare posse ad id, quod ultimo loco reposui: Quod si consistente in inferioribus Tubi aliqua ex parte argento viuo, Tubus sensim eleuetur, vt eius orificium aperatum proxime accedat ad superficiem illius, cui in subiecto Vase immergitur, & in tali situ ad orificium dictum digitus apponatur; tum vero Tubus altera manu sustentatus a sportetur in liberum aerem; tunc argentum viuum in Tubo imminens supposito digito illum sensibiliter non premit. quo posito formaui euidentis argumentum hoc modo. Graue quod intrinsecus in Tubo pro tali eleuatione consistens, impeditur ab existentibus intra illum sufficienter a motu deorsum, non potest dici vi æquilibrantis extrinseci, & prementis id, quod eius descensu eleuandum esset, in tali eleuatione retineri; sed humidum crassius, modo dicto intra Tubum pro tali eleuatione consistens, sufficienter ab existentibus intra illum impeditur a motu deorsum (si quidem in liberum aerem aportato Tubo, vt dixi, non premit sensibiliiter appositum digitum) ergo illud non potest dici vi æquilibrantis, &c.

Hoc argumentum a me existimatum insolubile aduersus eos, qui causam altitudinis argenti viui in fistula remanentis petunt ab aere externo circumfuso, nouissime dissolut ipse ex eo: quod conatus, quo argentum viuum eruptionem tentat è Tubo, seu fistula, est æqualis conatui, quo aer ingressum in fistulam molitur. Sed bona cum venia placet aduertere: non posse aerem ingressum in fistulam moliri,
nisi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

nisi vrgendo digitum , qui sibi , pro tali ingressu sursum nienti , ad foramen fistulæ adpressus opponitur , vel ad orificium Tubi circumpremendo ipsum , & tunc potius digitus premeretur à duobus , vel vrgendo ne cedat , & ita quantuscumque conatus aeris , sufficienter impeditius , ne digitus cedat conatui argenti viui eruptionem tentantis è fistula , nullo modo potest impedire ne digitus prematur à pondere argenti viui sibi superstans . Experi re impidente sufficienter supposita tabula resupinatam manum , aut eam alio sursum vrgente ne cedat grauitati pond eris , an illam nihilominus impositum pondus premat ; & auge consequenter pondus , donec ab eo , quise premi neget compressionis dolor exprimat veritatem .

Quod si idem pondus manui superstans haberet aliud à quo sufficienter sustineretur , nullam ab eo pressionem in supposita manu sentiremus ; quod cum eneniat in experim ento à me proposito respectu appositi digiti ad orificium Tubi , dum illi imminent argentum viuum , quod post vibrationes remansit intra illum modo dicto eleuatum , & in liberum aerem asportatum , euidenter conuincitur adesse intra Tubum vim sustinentem argentum viuum in ea mensura , & sic causam permanentiæ illius in tanta altitudine intra Tubum frustra pati ab aere externo circumfuso .

Addidi num.z. in fine aliud experimentum , quod idem euincit . Apposito valido infrigidante , vt diximus in priori Epistola , ad partes Tubi superiores , ab argento viuo de scendente destitutas , argentum viuum supra mensuram , in qua post vibrationes in inferioribus partibus subtiliterat , ascendit : Sed tali infrigidante in multo maiori quantitate approximato ad aerem imminentem argento viuo , quod continetur in subiecto Vase , non sequitur talis elevatio argenti viui ultra dictam mensuram ; ergo ab intrinseco ex cuius mutatione fit maior illius elevatio , & retinetur , quan diu

diu ea persistit, habetur consistentia tanti argenti viui intra Tubum pro tali eleuatione supra aliud, cui extremitas Tubi immersa est; & non ab ambiente extrinseco, cui similis, & maioris agentis accessus, & mutatio ab illo ad idem præstandum vires non confert.

Quod verò adduunt ipsi de varia mensura, sub qua argentum viuum cognoscitur remanere eleuatum intra Tubum pro varietate locorum, in quibus experimentum sit; ita ut in valle magis eleuatum, in planicie minus, & minus adhuc in editis locis: ut non est huiusmodi, quod experimentis notis cuique, in quolibet loco obuijs, & ita constantibus, & apertis opponi possit; ita facile referri potest in mutationes factas in argento viuo, quæ non æqualem, admittant expirationem partium tenuiorum, quibus replendæ sunt partes Tubi superiores, quæ descensu argenti viui destituuntur, vel potius factas ab ambiente in illam substantiam tenuorem, pro cuius dilatationis mensura potest argentum viuum plus, vel minus in Tubo descendere.

IV. An ad replendas partes superiores Tubi, ab argento viuo in eo descendente relictas, subintret aer exirinsecus, qui dicatur continuari cum alio aere corpora dura vestiente, etiam si humido crassiore repleantur, & immersantur.

Apposui priore Epistola argumentum euidenter exclaudens aerem subintrantem ab hoc negotio: quia si in prima infusione argenti viui relinquatur in Tubo pars semi-digitalis aëri; quantumcumque apposito ad orificium digito Tubus inuertatur, semper illud aeris agnoscitur vel su-

R pernè,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



pernè, vel ad latera pro inclinatione, vel inuersione. Tubi suum locum tenere, nec priorem illi argentum viuum, descendendo in eum, eripit; quin agnoscatur in alium com-migrare.

At verò si in prima infusione diligenter impleatur Tubus argento viuo ad orificium usque; tum apposito ad illud dì-gito inuertatur, & immergatur alteri argento viuo in subie-cto Vase contento, intra quod aperto, per remotionem di-giti, orificio fiat descensus infusi, relictis superioribus parti-bus Tubi illo prorsus destitutis. Quando postea retento eo-dem extremo, in quo est apertum orificium, intra argen-tum viuum vase contentum, Tubus inclinatur; ita ut oppo-situm extreum perueniat ad eam altitudinem supra illud, pro qua in Tubo erecto infusum post descensum quiesce-bat, attollitur è Vase per orificium apertum, & resorbetur intra Tubum tantum argenti viui, quantum satis est, cum relichto antc, ad ipsum omnino replendum nulla notabili par-te Tubi apparente plena corpore tenuiore; ergo quod in Tubo erecto repleteur partes illius superiores, ab argento vi-uo descendente destitutas, non fuit aer subintrans modo di-cto; quid fuerit vide in priore epistola in probatione assertio-nis V.

Seruit etiam ad excludendum aerem, subeuntē iuxta la-tera Tubi, à dicto inunere; quod supra notaui de effluvijs è medio argento viuo ascendentibus ad dictas superiores par-tes Tubi, ut notare est in bullulis ascendentibus per medium aquam appositam in prima infusione, & supra argentum viuum eleuatam. Sed aliqui viri eruditissimi, qui saepius pro-intromittendo aere scripserunt, nihil ad nostra experimen-ta responderunt; forte nostram priorem Epistolam percur-re integrā opere pretium non arbitrati.

An



An aucta per Machinam virtute Agentis naturalis vacuum inter corpora possit induci.

V. Non sufficere aliquam mensurabilitatem admissam in Vacuo ad afferendam eius impossibilitatem in uniuerso.

Suppono r. ex communī consensu nomine Vacui importari extrema corporum cum aptitudine continendi aliud corpus inter se, quam obtinent ex tali situatione, ratione cuius tantum corpus intermedium non possunt excludere; maius, eam retinendo, non possunt inter se admittere; à minori nequeant opposita simul attingi.

Præterea talem aptitudinem non esse expletam; omnes enim consentiunt fore Vas vacuum, si effusa ex illo aqua v.g.; & remanente in ipso capacitatem continendi, nullum succederet aliud corpus impletuum illius; non fore vero Vacuum si pro mensura effusionis latera oppositè signabilia ita inuicem accederent, vt in fine effusionis se mutuo continerent, omnis alterius corporis inter se exclusira.

Suppono secundo capacitatē continendi, & distantiam extremitum contentiū esse aliquomodo mensurabilem; vt si partes, in Vase Cubico v.g. ex opposito signabiles sint ita situatae, vt nequeant excludere corpus intermedium 30. palmorum; à minori vero nequeant simul attingi; iure dicere possimus à corporis dictū dimidio medietatem illius esse expletam, à duabus tertijs eiusdem duas tertias illius. Hæc tamen mensurabilitas etiam si secundū tres dimensiones sit considerabilis proportionaliter, vt mensurabilitas extensio-



Kodak
Gray Scale



nis corporum, quæ talis capacitas est apta continere; non tamen sequitur ipsam importare de se, & in se inter talia extrema contentiuæ extensionem propriam corporis, qualem habent corpora contingibilia; quod non satis attenderunt, qui imbecillitatem intellectus, veram, & genuinam corporis naturam ignorantis, instruere se proficiuntur; dum ex tali mensurabilitate capacitatis Vasis, intra quod nulla prorsus materia contineatur, seu mensurabilitate distantiae partium aliquomodo ex opposito in eius lateribus signabilium intulerunt; ibi futuram necessario extensionem propriam substantiæ corporeæ, & ipsam materiam; ex hoc pronuntiantes: euidens esse, non posse dari usquam spatiū prorsus innare à substantia corporea in uniuerso.

VI. Non sufficere successionem, quæ necessariò reperitur in motu remotionis corporum ab inuicem, ut aer ambiens subingressu suo inter illa possit impedire Vacuum.

Ivre inter experimenta, quæ pro admissione Vacui adducuntur, illa existimata sunt peculiarem continere difficultatem, quæ in magnis, & duris corporum partibus Venete, vel Cuneo inuicem disiungendis spectamus. Immerito verò alicui videri posset, periculum Vacui in illis facilè vitari per ipsam successionem morui diuulsionis talium partium ad inuicem ab intrinseco necessariò conuenientem; quasi mora illius tempestivè admittat ingressum aeris inter illas, qui, iuxta exigentiam impediendi Vacuum, celerius fieri potest, & quidem pluribus illi vijs à talibus partibus in suo recessu patefactis. Nam successio, quæ interuenit in motu diuulsionis, siue recessu talium corporum ab inuicem;



cem; importat præcisè, quod talis recessus sit diuisibilis in partes priores, & posteriores sui, non verò quod talia corpora inuicem recedentia ex vi illius necessariò debeat prius secundum vnam sui partem recedere ab alio, & posterius secundum aliam: si enim dicantur ratione suæ duritiei non flecti, quantumuis sit successio in recessu unius ab alio; nulla tamen pars sic recedens præcedit, aut sequitur aliam in recedendo; sed pariter omnes recedunt, percurrento tamen spatium successiuè secundum illam differentiam positionis, secundum quam sit recessus v.g. secundum sursum, & deorsum, si sit elevatio.

At verò aer accurrens ad impediendum Vacuum inter corpora, quæ diuelluntur, necessariò debet prius peruenire ad partes extremas illorum, quām ad medias; cum extrinsecus adueniens necessariò per suum motum partes latitudinis illorum, secundum quam sit separatio, successiuè percurrat; ergo pro priori temporis, quo percurrit in extremis partes viciniores, nondū peruenisse potest in medijs ad remotores, sed pro eodem temporis, quo aliquæ partes in corpore duro non inflexo recedunt ab alijs, necessariò aliæ

in eadem latitudine dispositæ pariter recedunt: ergo id

pro eodem priori temporis, quo peruenit

aer ad extremas partes viciniores, &

spatium inter illas implet,

spatium inter

remotores,

medias;

aere destitu-

tum est.

* * *

VII. Mo.



VII. Motum sursum, & consistentiam Grauium, quibus retinent cohærentiam cum alijs, quæ eleuantur, vel consistunt in sublimi, minus rectè attribui ponderi ambientis, ea prementis, & propellentis.

Sunt qui in tenuiori corpore, quo respiramus, & alia corpora inferiora communiter ambiuntur, agnoscant cum melioribus Philosophis aliquam grauitatem; sed minus, & mensuram ei addunt de suo: afferunt siquidem eam correspondere ponderi argenti viui, quod in experimento roties adducto post descensum, & vibrationes remanet intra Tubum ad horizontem perpendiculariter erectum, & quemque grauiam ad elevationem proximi corporis eleuantur, & ad consistentiam illius consistunt in sublimi, iuxta mensuram talis ponderis propelli, aut in tali situ æquiponderari, nulla alia vi in dictis corporibus existente, quæ dicatur, ob inanem metum Vacui, tali elevationi, vel retentioni in sublimi cooperari. Ex qua hypothesi, Primo sequitur facile posse determinari, quanta vis requiratur, & sufficiat ad vincendum talem virtutem sua propulsione, & pressione causantem omnes huiusmodi motus, & consistentias, quæ communiter dicuntur euenire ad impediendum ne detur Vacuum inter corpora; v.g. in eleuanda lamina cuprea, persuam extantem ansam apprehensa, de Tabula marmorea, cui exactissimè congruat, de qua afferemus insigne experimentum numero sequenti, sufficere poterit virtus, quæ eleuaret molem non magnam argenti viui, quæ pro eadem altitudine, qua illud subsistit in supradicto Tubo, æquaret in latitudine laminam prædictam; tali enim moli æquiponderat.



Corporum cohærentia non est ab Aere. 135
rat grauitas aeris imminentis laminæ, & sua sola pressione,
impedientis illius eleuationem experire, & deceptionem
tuam deprehendes.

Secundo sequeretur vel minima vitalem laminam eleua-
ri posse de tabula; siquidem non minus est pondus aeris ap-
plicati irruptioni intra laminam, & tabulam, & circumsi-
stentis, quam aeris imminentis laminæ, & sua pressione eam
sistens.

Tertiò applicata per statuam virtute eleuatiua supradia-
ctæ molis argenti viui æqualis, ponderi aeris imminentis la-
minæ, & sua sola pressione eam sistens, exhibebitur con-
tra omnem expectationem, redacta in praxim contradicito:
siquidem inter partes medias laminæ, & eis corresponden-
tes in Tabula marmorea, dum per eleuationem diuellun-
tur, pro mora temporis, qua ad tantas extremas peruenit
ambiens per motum subintrans, aderit, & non aderit substantia
corporeæ. Non aderit, quia ante non aderat, nec postea
aderit pro mora dicta, qua percurrit tantas extremas, partes
non enim simul potest peruenire ad illas, & ad medias illis in-
terpositis sic distantes, ut ostendi num. 6; aderit tamen, quia
cum talis earum capacitas recipiendi inter se tantum am-
bientis, quantum aderit inter extremas sit aliquomodo men-
surabilis, ut ostendimus num. 5. necessario ex principijs susti-
nentium hanc hypothesis admirabilem contineret exten-
sionem substantiæ corporeæ, & ipsam materiam, ut dixi-
mus ex eorum opinione in fine num. 5.

Denique falsitatis convincitur huiusmodi hypothesis ab
experimentis, in quibus iuxta dicenda num. 8, & num. 10.
graue quod sequitur ad eleuationem superioris corporis
proximi, vel ita sistitur eo consistente, toto nisu suæ graui-
tatis grauat eleuans, vel sustinens corpus superius proximū;
quod autem ab alio æquilibrante sustinetur proximum alte-
ri, vel ab excedente sursum propellitur, impeditur ab omni
exer-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



exercitio sua grauitatis specialiter in corpus proximum , & illud sustinens vel eleuans ; non enim habet simul , & semel posse grauare duos , & contraniti duobus , quando alterum æquiponderatione illi æquialer , vel propulsione præualet . Est etiam quod moneam post experimentum Domini Gasparis Berti priore Epist. à me primò propositum abstinentium esse ab illa mensura octodecim cubitorum in aqua retenta intra Tubum tam apertæ falsitatis conuicta .

*VIII. Vim corporibus adesse , quæ impedit
corum remotionem ab inuicem , quando
aliud corpus non potest adesse
remotis .*

Experimur passim grauia , licet diuisa à corporibus , quæ proxima ipsis eleuantur , ad motum illorum pariter eleuari , & illis in superiori loco retentis , quantumuis in aere libero , velut de illis suspensa , non descendere ; dum ad superficies utrinque proximas data consistentia , vel descensu ipsorum secundum inclinationem grauitatis , non potest sufficienter , & tempestiuè aliud corpus succedere ; & talis eleuatio , & consistentia , ut numero præcedenti ostensum est , non possunt referri in pondus ambientis ea prementis , & propellentis .

Sic si fistula immissa per sui extremum in aquam , ex altero ori admoto aerem exfugas , eleuatur aqua , sua licet grauitate reluctans , post aerem ad os exfugentis . Si Vas vitreum aquæ immegas , cum ore patente deorsum verso æqualiter eleues , spectabis aquam illo inclusam sursum intra illud attolli ; & si illud , magna ex parte extractum ex aqua , sustineas , etiam inclusa in illo persistet sic eleuata supra aliam in



in subiecto vase contentam, dum non potest aer succedere ad occupandum locum inter aquam descendenter, & partes vasorum, quae aqua descendente desererentur; manum tamen pro mensura illius grauari senties; quod si in fundo foramen aliquod ita sit clausum, ut possit aperiri, eo aperto, & aere liberè subintrante, aqua intra subiectam descendet, & desinet grauare manum.

Hac ratione passim in vasibus ad irrigandos hortos adhiberi solitis, licet interior illorum planities sit aperta foraminibus, dum æqualiter eleuantur in libero aere, aqua non defluit, quandiu digitus forami illius supernè existenti adpressus non permittit ingressum aeri ad replendum locum, qui daretur inter superiorem Vasorum superficiem, & defluentem aquam; & in tali consistentia intra vas, aqua cum vase tantum nititur deorsum, quantum si vas patentis supernè ipsa fundo æqualiter substrato inniteretur, & simul cum vase sustineretur: remoto vero digito, & permisso ingressu aeri per foramen, statim defluit; quod si in medio defluxu iterum apposito-digito foramen obstruatur, pendet iterum aqua, contra inclinationem fuerit gravitatis tunc etiam manum grauantis, non defluet in apertum aerem.

Iuueni lacertorum suorum robur iactanti proposita semel est lamina ærea, per ansam in medio extantem apprehensam, eleuanda è tabula marmorea, cui optimè congruebat. Qui primò tanquam rem ludicram puerο committendam contempserit, tum instantibus amicis manum utramque admouens, cum luctatus diu non habens remouisset, excusavit impotentiam, obiecta peregrini, & potentissimi glutinis interpolatione, quo fortissime copulante nequirent diuellit, donec vidit ab alio per Tabulam facilimè laminam deduci, & ad extrema perductam, & actam in transuersum inde deportari.

Experimur pariter, aere intra vas, firmis lateribus confitens, à violenta rarefactione se recolligente, si non possit

S

alias

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



alius in locum relinquendum succedere; succedere corpus graue proximè adnotum velut intus attractum: Sic ex clavis cæteroqui benè occlusæ, aperto foramine exsueta aeris contenti parte, rarefit remanens intus, vt violenter totum illud spatium solus impletat; quare cessante tantisper vi suetionis, si apponatur citè extremitas digiti, vel labri ad foramen, ne succedat ambiens, dum qui fuit tanta violentia rafraetus se recolligit, attrahit intra clauem carnem digiti, vel labri, vt notabiliter vellicet, & de illa dependeat.

Quare cum in his & similibus casibus, spectatis viribus corporum naturalibus, consueto sibi modo operantibus, debet sequi remotio eorum ad inuicem, quæ passim sequitur, quando inter remota succedit aliud corpus; nec quæ fiunt motiones, aut consistentiæ contra peculiarem inclinationem corporum ad talem remotionē impediendam tribui possint ambienti extrinseco, vt ostendimus; aperte connincurt debere adesse in ipsis, sic sibi proximis virtutem, quæ talem remotionem impediatur, cum non est in promptu successio alterius inter remota, quæcumque tandem ea virtus sit.

IX. Mutuam cohærentiam inter corpora, ad quam retinendam illa mouentur, vel sistuntur contra peculiarem inclinationem suam, non haberi à virtute motuua ipsis, sic motis, vel retentis intrinseca.

Experimenta, quæ passim suppetunt, apertè euincunt non solum eleuato contiguo corpore, vel retento in tali situ, grauia sursum sequi, vel à descensu prohiberi; quando non potest aliud corpus, loco eorum descendantium succedere, quod impletat spatium inter separata tali descensu relin-



relinquendum; sed etiam talem sequelam sursum, siue consistentiam non esse à grauitate ipsis intrinseca, quæ protalibus circumstantijs dicatur in bonum vniuersi contra consuetum modum operari. Siquidem qui è Tubo pistillum educit, post quem, dum non datur aditus alteri corpori ad subintrandum, eleuatur aqua sursum, non minorem experitur contranisum grauitatis aquæ, quam si eam in libero aere intra vas contentam eleuaret, constabit id si ex altera parte librae alligetur pistillus eleuandus, cum eleuatione tantæ molis aquæ, vel cum illa eleuata sistendus, ex altera alligetur ex faxo, vel plumbo pondus sufficiens ad eleuandum, vel sistendum pistillum cum aqua illi adnexa per vas, in quo in aere libero contineatur; quo experimento coegi virum alioqui non in eruditum, vt fallaciam agnosceret in via, qua motum perpetuum se inuenisse putabat, & iam dicendum. Magno Principi schema in æs incidi curauerat; supponendo aquam ad impediendum vacuum sua vi ascendentem non egere virtute æquibrante, nedum superante, pondus illius, qua eget, cum sistenda vel eleuanda est in aere, liberè accurrente ad replendum spatium inter eam, & alia corpora relinquendum.

Quod autem dictus motus, & consistentia grauium sursum, quando inter ipsa, & corpus à quo descendendo recederent, non posset subintrare aliud, non proueniat ab alia vi motiva, præter grauitatem, ipsisq; intrinseca ijsdem experimentis conuincitur; quia si daretur in graibus tale principium, illud necessariò dum, præualendo inclinationi grauitatis, ea moueret sursū, vel retineret contigua alteri corpori moto, vel persistenti, omnino prohiberet pro eodem tempore in ijs exerceri grauitationem deorsum per grauitatem, quā, vt modò vidimus, non impedit: pariter in consistentia grauium ob periculum vacui non descendentium; ad minimum enim ficeret cum grauitate æquilibrium, vt non posset in

P 2

tali

tali casu exercere nisum deorsum, quod omnino non facit.

Agnoscimus quidem ex graibus Magneticis posse dari in aliquo eodem corpore graui connaturalem virtutem motiuam, & sistituam ad situm etiam contrarium inclinationi grauitatis. Sed si attendamus eius modum operandi confirmabimus praedicta, & preparabimus viam ad ostendendum motus, & consistentias grauium sursum non habere in ijs aliud principium præter dispositionem, ex qua prouenit mutua adhæsio cum corpore continguo Postquam enim per vim Magneticam, ferrum Magneti, & ferro Magnes adhæsit, si eorum aliquod eleuetur ab attollente extrinseco, motus alterius consequentis nullo modo fit à vi Magnetica sursum nitente; nec si illud ab eodem sustineatur, alterum in eodem situ à vi Magnetica, consistentiam operante, & grauitatis nisum deorsum vincente sustinetur; sed præcisè per ipsam ita alterum alteri vicissim adhæret, vt cum altero pariter inclinet deorsum; & utrumque ex æquo, vt pro tali situ sustineatur, egeat alio sustentante, ac si essent partes grauis integræ: vt certius constabit appenso utroque seorsim in altera parte librae, & examinato per equiponderans, tum appenso uno solo per alligationem, cui approximatum aliud per vim magneticam adhæreat, & examinato pondere utriusque modo dicto pendetis, vere enim requirunt æquilibrians, quod respondeat pendetis æquè collecto ex utroque.

Esto igitur vis Magneticæ sit motuæ magnetici ad Magneticum cum sibi congruant in dispositione talis virtutis, vt sequenti parte dicemus, attamen in motu unius sursum ad motum alterius, cui contiguum sit, non concurrit, vt motuæ, sed præcisè ut impeditiua disiunctionis ab illo cōtra inclinationem grauitatis, quæ illam causaret per descensum.

Dispositio autem connexionia corporum ad impediedum vacuum inter diuellenda, sufficienter munus suum exercet retinendo connexionem insuperabilem inter corpora quan-



quando, vno recedente a proximo, non succedat aliud; etiāsi nullo modo sit motua, vt vidimus, & ad nullū corpus, nullum situm in Mundo determinatē dirigatur, sed solum disiunctionis ab omni corpore sit impeditiuā in suo subiecto.

X. Vis impeditiuā vacui in corporibus integrantibus uniuersum est qualitas intrinseca cuiuslibet illorum secundum quam repugnant, à proximo diuelli quoties inter ea que diuelluntur, non potest succedere aliud: non solum diuersa a qualitatibus particularium corporum conexius, sed à motiuis illorum insuperabilis.

Primū rationabiliter colligitur: quia ex una parte, quæcumque in natura communiter eueniunt, nec superant modum operandi virtutis naturalis, habent in natura principium, vi cuius detinentur: siquidem naturas in necessarijs, & proportionatis non deficit. Cum igitur experiamur, iuxta dispositionem ordinariam in Uniuerso dari mutuam cohærentiam inter corpora quæcumque ea sint, vt etiam contra peculiares inclinationes agnoscamus in ijs resistentiam ad diuulsionem ab inuicem, quoties non est in promptu successio alterius inter diuellenda, debemus agnoscere in ipsis dispositionem aliquam naturalem, ratione cuius repugnat huiusmodi diuulsioni, & hanc ostendimus non posse esse vim motiuam. Neque est supra conditionem virtutis corporeæ, sine cognitione in subiecto sibi corpore munus suum exercētis in illo, vt remotiōni proximi non resistat, cum recedente uno succedere possit immediatē aliud; résistat autem cum non potest ita succedere; si quidem hoc commune est omnibus potentijs in-

ni-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



nimatorum, ut sine erroris periculo, iuxta exigentiam præscripti sibi finis, operentur; grauitas enim v. g. non imprimet impetum graui, quo ipsum impellat ad motum nisi positis talibus circumstantijs, quibus variatis eadem repugnat motui, & exercet consistentiam in suo subiecto, resistendo etiā viribus alterius motiui.

Ex alia parte vis resistitiva diuulsioni de suo conceptu sit qualitas, in quo conuenit cum dispositionibus, secundum quas particularia quædam corpora aliquo modo resistunt diuulsioni suarum partium; atque adeo aliqua etiam remotioni ab alio, resistendo inclinationi grauitatis, secundum quam dictæ partes, vel tota separarentur ab alijs, & deorsum tenderent, vt est durities in aliquibus, secundum quam ingentis ponderis partes retinentur, ne decidant conuentæ alijs à vi extrinseca sursum detentis, in alijs viscositas, secundum quam in multo minori mole, & pondere, vel partes partibus, vel tota alijs diuersæ rationis adhærent contra nisum grauitatis, vt in humidis crassioribus videmus guttæ aquæ adhærere alteri corpori, & partes inferiores illius superioribus, non decidentes in aere libero cōtra peculiarem inclinationem suæ grauitatis; ita vt pro maiori duritate in duris, & maiori viscositate in crassioribus humidis, exercetur huiusmodi coherentia, impediendo nisum maioris grauitatis in maiori mole existentis.

Secundum pariter colligitur ex discrimine inter vim resistitivam, quæ conuenit aliquibus corporibus, vt secundum eam impediatur subingressus alterius inter suas partes dissipatas; vt est durities in duris, & inter vim resistitivam conuenientem cuicunque per se subsistenti corporeo, ratione cuius vnumquodque resistit penetrari ab alio similiter corporeo, apto per se subsistere, secundum quam plura talia fierent sibi intimè præsentia. Nam virtutes prioris classis, in bonum peculiarium corporum ordinatae, sunt ab alijs peculia-

cularibus aliorum corporum superabiles: sic sua maiori daturie, addito impetu, ferrum communiter inter partes corporum durorum subintragat, & ingressum alijs aperit, nec vilum corpus ita durum experimur, quod alterius duritiae impetu iuuante, non vincamus.

Virtus vero resistitua penetrationi, ut nulli peculiariter subsistenti per se corporeo conuenit, sed omnibus, ad conservandam, cum debita extreitate & dispositione partium integrantium cuiuscumque illorum, Vniuerso ipsi debitam constitutionem, & impediendam nimis facilem inter illius partes mutuam destructionem, & eius confusione, ita à nulla peculiari virtute, quantumuis pressiuia, corporei agentis superabilis est.

Quare proportionaliter philosophando: licet dispositiones peculiarium corporum, ex quibus adhæsio sequitur, & sunt ob peculiare bonum illorum institutæ, sint ab alijs peculiarium corporum viribus superabiles, & communiter vincantur: Virtus tamen per se conueniens omnibus corporibus, vt seruatia unitatis per contiguitatem inter partes vniuersi, & dispositionis conuenientis ad propagationem qualitatum, varietati, & perfectioni eiusdem conuenientium, à nulla peculiarium Agentium virtute, quantumuis aucta dici debet posse superari.

Agnoscantur itaque vires istæ, quæ omnibus per se subsistentibus corporeis in vniuerso debentur, & sunt ordinata ad bonum totius vniuersi, constituere superiorem ordinem respectu virtutum, quæ peculiarium corporum sunt, ad illorum conuenientem dispositionem, & propagationem ordinatæ; quæ proinde à nulla earum quantumuis aucta æquari, nedum superari possint.

Facilius ergo contra dispositiones particulares corporū admittenda est eleuatio, & detentio grauium sursum. Leuatum depresso, densiorum dilatatio, aliqua durorum inflexio

{quam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



(quam in illis etiam ex tremore, & quidem inæquali, quem in suis partibus consequentibus per impulsum validum experimur, tenemur admittere, ne dicamus dari posse duabus rectis commune segmentum) & similia, quam vacuum: Ita ut vires, per Machinam auctæ, huiusmodi potius cum violëtia in qualibet particularia corpora inducendis præualere dicendæ sint, quam inducendo vacuo, quando per illas, aut continuorum diuisio, aut cohærentium remotio vrgetur.

Hæc habui, quæ amicissimo, & eruditissimo viro perscriberem velut aliquid complementum eorum, quæ priori Epistola exaraueram. Ut autem ad illius impressionem admittendam non tam me excludendi vacui ab uniuerso studium impulit, quam reprimendi gliscentes opiniones, quæ labefactandis melioribus aditum aperiebant; iactantes nō uno experimento accidentia naturaliter extra subiectum exhiberit; ita ad impressionē hūius procurandum vñst, non tam meorum dictorum, quam senioris modi philosophandi defensio, quem non pauci hoc tempore subuertere nituntur; dum nō tam ratione duce ad penitiora progressi, quam occurrentibus in via, sibi à suis præceptoribus proposita, argumentis territi, abiecto clypeo ex defensoribus oppugnatores facti, ijsdem aliquo nouo suco perunctis instructi prodeunt; non aliam suarum substructionum fundamētis stabilitatem procurantes, quam præfidentiam, quod ea non facilè conuincere possis falsitatis. Tota tamen eorum architectura ex nō satis perspecta rarefactione; condensatione; constitutione continui; formarum accidentalium, luminis in particulari, & similium propagatione nata, non solū philosophiæ sensibilium, sed melioribus videtur infesta, & in eorum graviam reprimenda.

Vale, & si quid est à melioribus vacui temporis, quæ inter legendum minus probaueris amicissimo de veritate doceri consignata transmitte.

DIS-

DISSERTATIO MAGNETICA

De Primo Magnetico, & causis Progressionum Magnetici- carum.

R A T I O

D I C E N D O R U M M .

AD Philosophię Magnetice complemētū. Primum Magneticum non scriptione diuinatoria, sed progressionum Magnetarum motionum, cōsistentiarumque beneficio, constituturus, & harum causas assignaturus, ipsas progressiones, motiones, cōsistentiasque, & alias virtutis Magneticae dotes præmittere necesse habui, in quo præstanto non aliorum Tractatus insigniteruditione, & accurata ratiocinatione digestos mihi describendos censui, nec Philosophia Magneticae rudem de re tota mihi de integro edocendum proposui; sed cum pericloribus quorum scripta, & impressa, quæcumq; videbantur, ab anno 1642. attente perlustrauit, & eum experimentis eoh tuli & recognoscenda, & siuebli opportunitym videbitur, confirmanda huius scientia fundamenta suscepit, ut illis tuto insisteret, & superstrueret licet impunè.

T

SE

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale



SECTIO PRIMA.

Quid nomine virtutis Magneticæ, & subiecti illius intelligantur, & quid ea sit, & quotuplex.

Ex notis communiter, vel facile capiendis experimentis, mētioriq; de ijs philosophantium doctrina.

1. **N**omine virtutis Magneticæ intelligo eam, quæ in lapidibus, Magnetes communiter dictis, in aere variè suspensis, vel impositis humido crassiori, se prodit, causando constantem directionem, & situationem, secundum duas certas, & oppositas extremitates in illis, ad duas determinatas, & oppositas positionis differentias in Mundo, Austrum scilicet & Aquilonem; & pariter secundum easdem extremitates oppositas mutuum inter eos varie inuicem situatos occursum, vel auersionem.

Propagatur autem ad alia corpora ferrea, quæ ex accessu ad Magnetes acquirunt tale principium, quo postea ab illis remota, similiter secundum determinatè oppositas sui extremitates ad duas oppositas in Mundo positionis differentias conuertuntur, & mutuum inter se occursum, vel auersionem proportionaliter situata exercent, immo idem principium alteri ferreis sibi approximato pariter communi-eant, iisdem motibus, & consistentijs, secundum oppositas in eo extremitates, ab ipso determinatas, manifestandum.

Neque dictis repugnat quod aliqui lateres è pavimentis

lx-

extracti deprehendantur habere tale principium, vel ferramenta, quæ ad lapides Magnetes numquam accesserunt; non enim per supradicta ad ferrum, sic magis propriè dictum, capacitatem impressionis Magneticæ restrinxí; nec tales lateres à corporibus aliquo modo ferreis excludendos indicat ipse color ferreus: multò minùs restrinxí ad magnetes lapides virtutem magneticam, quæ talibus ab alio corpore Magneticō, cuiusmodi Terram esse dicemus, communicatur: sed solum ijs, vt communiter agnitis, vius sum ad eam per peculiares, & facile internoscibiles effectus proponendam.

II. Distinguenda sunt hic duo genera subiectorum respectu virtutis Magneticæ; primum eorum, quæ illam constanter possident, & in quibus statim agnoscitur determinare certas extremitates oppositas, secundum quas directiones, & consistentias supradictas exercet; vt sunt Magnetes lapides, & ferramenta ab illis iam affecta: alterum eorum, quæ sunt purè media propagationis; nam posita intra Sphærām actiuitatis propagatiū, eam ita obtinent illo sic praesente, vt remoto amittant; & ideo subiectum, capax persueranter retinere, per ea, illo sic debitè approximato, ipsam recipit; accedens verò ad ea illo remoto nihil afficitur, nec in ipsis illas directiones, aut consistentias secundum determinatas à se extremitates exercet: huiusmodi apud nos, præter Terram in sua massa non omnino viriata, & lapides Magnetæ, & ferrea, sunt omnia alia corpora, cum tamen per subiecta etiam primi generis propagetur, & eius propagationem nullum genus corporum in Mundo omnino sistat, licet aliqua refringant à sua directione diuerrētia, vt dicemus, quod ipsum seruit ad probandum illam per pura media propagationi; dum ea, posita intra Sphærām actiuitatis propagantis, possunt esse media ad plures radios, vt ita dicam, Magneticos ad subiectum distans primi generis transmittendos, quam si adsit aliquod non purè medium interpositum eos refringēs;

T 2

vt



vt euenit cum lamina ferrea per suam latitudinem in aere occurrit propaganti; tunc enim ad aliud ferrum, secundum maiorem extensionem sui in longum, oppositum in aliqua sensibili distantia a lamina, & nihilominus intra sphærā actiuitatis talis Magnetici propagantis, multo minus impressionis Magneticæ pertinet, ablata intermedia lamina multo plus; quia in laminam incurrentes radij refringuntur, vt eius denter colligatur; cum enim illi procedentes in directum per laminam deberent extremitates oppositas in ipsa crassitate laminae constitueret, alteram versus propagantem, alteram in directum ad superficiem auersam à propagante, cui directè opposita est; ex refractione unam constituunt ad medium laminae, aliam in orbem ad ambitum illius, vt manifeste deprætendes approximata acu ferrea magnetice praefecta; hæc enim eamdem sui extremitatem conuertet ad laminam per totum eius ambitum approximata, oppositam, ad medium illius.

III. Distinguenda non sunt nec in eodem subiecto, nec in diuersis subiectis diuersæ Virtutes Magneticæ, cum illius, & eiusdem rationis in omnibus existat.

Non in eodem, quia licet per oppositas sui extremitates videatur continere velut oppositas inclinationes in oppositas situs differentias, determinatè illarum directas, & quam partem alterius Magnetici una sui extremitate fugat, opposita extremitate allicit; ~~nam~~ vnius & eiusdem virtutis est non diuersas inclinationes, sed unam inclinationem, ad huiusmodi opposita conferre suo obiecto, vt distinctius infra explicabitur; & interim probatur, tum quia quælibet particula Magneticæ, à determinata quantumvis totius magnetici extremitate abscissa, exhibet istam inclinationem ad huiusmodi opposita; tum quia susceptivum impressionis Magneticæ ad unam ex oppositis extremitatibus Magnetis accedens, secundum inclinationem ad tales situs differentiam, & allicum,

fic



sic determinata, recipit in se virtutem determinantem in ipso non solum extremitatem similem ei, ad quam accedit, & à qua allicitur cum tali determinatione, sed etiam extremitatem similem oppositæ, secundum determinationes omnes, quas habet opposita, immo quod magis admireris, hanc receptam exhibebit in sui extremitate, qua accessit ad magnetem; similem autem per omnia extremitati Magneticæ, cui accessit, non nisi in opposita sui extremitate, secundum quam remota est ab illa, & secundum quam, si ad illam tentaretur sensim accessus, omni suo conatu auerteretur ex regula motuum magneticorum, de quibus dicemus infra.

Ex quo infertur non solum esse unam Magneticam Virtutem disponentem ad ista omnia subiectum in quo est; verum etiam secundum istam rationem adæquatè causatiuam motuum, & consistentiarum Magneticarum; & propagatiuam similis, eam afficere totum subiectum, & quamlibet partem subiecti, in quo est, licet non exerceat determinatas situationes; & productiones æquæ per quamlibet partem subiecti, dum est per modum partis in toto, ut distinctius infra ostendemus.

Non in diuersis, licet aliqua sint purè medium, per quod propagatur, non retinens eam, nisi cum dependentia actuali à præsente propagante, nec ad illos motus & consistentias determinatè inclinans per illam; distinctio subiectorum, & purè mediorum constat ex supradictis; quod autem in illis virtus Magneticæ non sit distinguenda probatur, quia ex refractiōne in lamina ferrea, dum ad illius extremitatem diuergunt radij Magneticæ, & in illa depræhenduntur exercete situationes oppositas, & propagationes determinatas, præcisè ad normam refractionis, & ad mensuram diuergentia in lamina cessat per medium in anteriora propagatio; ergo propagatio, quæ diuergit ad extremitatem laminæ, & virtus quæ in ea constituitur ut in subiecto, est eiusdem rationis cum pro-

para-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



pagatione, & virtute, quæ poneretur in purè medio; multo magis est eiusdem rationis virtus Magnetica in primo propagante, & subiecto retinente impressionem ab illo secundum determinatas suarum extremitatum consistentias illi correspondentes, & similes propagationes manifestandam.

Confirmabitur hoc totum ex eo, quod infra ostendemus peculiarem modum propagationis conuenientem directè primo subiecto retineri etiam in secundarijs susceptiuis, licet eis minus congruentem; ac proinde in Secundarijs retineri virtutem eamdem, in quibus cum iisdem determinationibus ea esse cognoscitur.

IV. Virtus Magnetica in quolibet subiecto est vera forma accidentis qualificatiui illius; ad quod ostendendū sufficit addere supradictis, propagationem similis principij affectuum Magneticarum à primis subiectis in talia, quæ sunt ex peculiari sui dispositione capacia illius, nō posse vlo modo evenire per diffusionē corpusculorū magneticorum ab illis.

Primo quia, data tanta distantia proportionata Sphaerae activitatis Magnetici, vis magnetica ab illo propagatur ad subiectum capax æquè celeriter, & eodem modo, siue interpositum sit cuprum, siue plumbum siue aurum, siue marmor cuiusvis generis, siue solus aer, etiamsi intra illa non solū clausa, sed solidata & aquis mersa, magnes contineatur: hoc autem non potest consistere cum diffusione corpusculorum Magneticorum, quæ neque sic vrgeri possunt ut è corpore Magentico abscedant, ad quod corpuscula Magnetica, vel ferrea, quæ sensibilia sunt, & affecta vi Magnetica ad eamde faciem, per quam proximè sit propagatio, accurrit & adhaerent, vt non nisi vi diuellantur; nec modo dicto possunt tam variè constituta media æquè permeare, subiectum capax æquæ immutando, & æquè ad se dirigendo.

Secundo quia intra sphærā activitatis, & quidem proximè, interposita secundum suam latitudinem lamina terrea, per-

permodicæ crassitati magis impedit consuetum progressum in directum radiorum, ut ita dicam, magneticorum, quam vllum metallum extensem in longum, & secundum suam maiorem extensionem obiectum Magneti, & impedimentum in lamina sit per veram refractionem, secundum quam radij, secundum notabilem obliquitatem illi incidentes, divertunt ad extremitatem illius quaqua versum, ut experimentis Magneticis conuincitur; hæc autem diffusioni corpusculorum prorsus incongrua.

Tertiò, ut infra conuictemus, Magnes per signabile in extremo sui diffusius propagationis magneticæ virtutis ad alia, diffundit ad illa pariter per suam ipsius crassitatem, tanquam per medium, & quidem in contraria directione ab illa, quam ipse in sua massa obtinet, idque semper constanti lege euenit, quod corpusculis, quæ dicatur ab ipsius crassitate effluere ad talia capacia sic applicata, conuenire non potest, ut exercitatis in experimentis Magneticis statim constabit.

Sicut propagationes illuminationum ad repræsentandas signabilia lucida, à quibus propagantur, & quidem singula pro quolibet signabili medijs diaphani ad tam vastam extensionem diffusi, & aptè ad exhibendam configurationem lucidi in refractione per lentem diaphani crassioris. Pariter talis variatio in ipsa mutatione progressionum per medium eiusdem rationis ex varia configuratione illius, seruata nihilo minus eadem lege refractionis, ut intra idem medium densius, dum radij refringuntur ad perpendicularē, modò vniātur, modò dispergantur, & in progressu ad idem medium rarius, seruata semper eadem lege refractionis à perpendiculari, modò dispergantur, ut nullum sensibilem effectum praefert, modò vniāntur ad validissimum, & similia per effluxum corpusculorum nequeunt vlla probabilitate explicari; optimè autem ostenduntur hæc, & alia, posita natura, & fine talis accidentis necessariò in eius propagatione successura,

etiam si

etiam si ea quis numquam fuisse expertus, ut in opticis ostendemus.

Qui autem veras accidentium formas ab agente per medium propagatas, & subiectorum ab illis affectorum qualificatiuas negantes, ad corpusculorum effluvia, & varias mixtiones, recessusque restringunt, non ex proprijs rerum principijs, & affectionibus ritè expensis philosophantur; sed ex quibusdam communib[us] discurrentes, de quolibet affirmant, aut negant; & difficultatibus, quia nescierunt soluere ipsi, ut argumentis insolubilibus physicas veritates oppugnant; suas vero phantasias non aliter stabilisunt, quam quod eas ad apertam contradictionem deducendo non queas expugnare; non aliter venditant, quam quia eas toti Uniuerso confundendo possint applicare, non solum cum dispendio temporis, & Philosophiae detimento, sed etiam cum periculo errandis, quibus ingenitum ubi mittere, semper est non solum tutius, sed etiam melius sapere.

S E C T I O . I I .

De situ, secundum quem vis Magnetica disponitur in subiecto, & secundum quem disponit subiectum exercendo motum, & consistentiam in illo.

Cum vis Magnetica tota sua extensione per se ad duas oppositas positionis differentias in subiecto dirigatur, & suum subiectum secundum totam eius extensionem dirigat ad duas extra ipsum differentias positionis oppositas, & non solas eius extremitates, ad easdem cōsequenter conuerti solitas, videretur potius dicenda virtus duarum differentiarum positionis, quam duarum facierum: nihilominus quia apud

De situ quo vis M. disponitur. & disponit. 153.

apud aliquos ex melioribus Philosophia Magneticae Præceptis hōc secundum est in vſu, illud adhibebimus, dum constet quid per illud intelligamus. Verè enim ab extremitate. A. v.g. in lapide virtus tali ſua determinatione tota excurrit ad oppositam illi extremitatem B. & ab extremitate B. aliquomodo alia ſua determinatione recurrit ad oppositam extremitatem. A. ſicut pyramis à baſi ad verticem tali ſua decliuitate tota excurrit, & à vertice ad baſim tali ſua ampliatione recurrit; vna tamen virtus eft ex natura ſua ad duas oppositas differentias vergens ſe tota, & ad duas in unicem oppositas disponens ſubiectum.

I. Affero primò virtutem Magneticam secundum duas oppositas positionis differentias disponi in ſuo ſubiecto; & quidem in ſubiecto recipiente designatas, secundum extenſionem radij propagationis per illud ſuę directam, ſiue reſractam.

Probatur Prima pars huius assertionis. Quia licet dicta qualitas, more aliarum extenſarum in ſubiecto, ſit diuifibilis ad diuisionem ſuę ſubiecti, & conſequenter ad omnem positionis differentiam, ad quam eius extenſio deſignatur, ſit etiam ipſa deſignabilis; ex peculiari tamen conditione habet ut eadem tota ſua entitas in tali ſubiecto ſecundum duas in illo oppositas differentias ſitus ſit taliter diſpoſita, quomodo non ſecundum alias, ut maniſtē cognoſcitur ex eo, quod cubus ferreus de ſe indiſterens eſt, ut ſecundum quamcumque deſignationem in ſua entitate, & aliarum ſibi inextenſiū formarum factam, poſſit congruere cum aliquo Magneſtico ſiue ē regione occurrente, ſiue infra, & ſupra, ſiue ad latera collocato; & postquam intra ſphærām aciuitatis Magneſtici conſtitutus, imbutus eſt virtute Magneſtica, ſecundum duas determinatas, & oppositas in te differentias ſitus exercet congruentiam, & incongruentiam cum illo, quomodo non ſecundum alias in eo deſignabiles: Indifferentiam au-

V

tem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

tem dictam in illo præfuisse cognosces, si ab ipso in ignem coniecto impressionem magneticam auferas, postea vero secundum determinationem partium aliam eidem Magneticae virtutis propagatio admoueras; nam secundum illam ei congruet, quomodo ante, secundum aliam accedens, congruebat.

Secunda Pars probatur, quia si radius Magneticus aliquando extendatur directè per ferrum oblongum, per suam longitudinem expositum signabili Magnetis, per quod virtus diffunditur (quod polum vocat) differentiae situs in ipso iam imbuto virtute Magneticā, secundum quas determinatē exercebit congruentiam, vel oppositionem cum alio Magneticō, terminabuntur ad extrema longitudinis illius opposita inuicem: at vero si radius in illo notabiliter refringatur, vt euenit, cum tale ferrum secundum medium sui occurrit tali signabili, a quo extēditur diffusuum virtutis Magneticæ, tunc differentiae situs oppositæ, secundum quas ipsa in illo disponitur, non terminantur ad extrema longitudinis ferri, sed ad medium comparatum ad extrema, vt evidentē cognoscitur ex applicatione alterius Magneticj, in cuius extremis terminentur determinatae oppositæ differentiae situs virtutis; non enim solitam congruentiam, & incongruentiam per accessum, & fugam exercebit cum extremis ferri prædicti, sed cum medio, & extremis.

Tota huius assertionis veritas melius stabilietur ex discordis.

II. Affero Secundò, quod licet à tali signabili Magneticj virtus diffudatur in orbem ad omnem positionis differentiam, nihilominus ea etiam in Medio determinat sibi dictas oppositas differentias situs; alteram versus tale signabile Magneticj propagantis, oppositam secundum recesum ab illo; ita ut in omni extensione designabili ab illo per medium, intra Spharam actiuitatis illius contentum, talis sit dispositio virtutis

De Situ quo Vis M. disponitur, & disponit. 155
tutis, qualis esset in subiecto retentio virtutis, quod secundum suam longitudinem, loco illius esset sic directum ad directum signabile Magnetici propagantis.

Probatur primo, quia subiectum capax impressionis Magneticae possum intrare medium in distantia, quæ sit intra Sphæram actiuitatis Magnetici, secundum suam longitudinem directam ad signabile, a quo vis diffunditur, recipit virtutem secundum eam dispositionem, secundum quam per medium ad ipsum propagatur, sed secundum quamcumque loci differentiam accedat sic directum secundum longitudinem, sic semper recipit secundum dictas oppositas situs differentias, virtuti magnetici proprias, eodem modo in sua longitudine dispositas; ergo secundum eas sic est disposita in puro medio, modo dicto.


Secundò, quia subiectum præaffectum impressione Magnetica, v. g. versorium ferreum pixidis nauticæ, secundum certam situationem virtutis in se, si per dispositionem non conforminem ei, secundum quam dixi tali signabili Magnetici virtutem dirigi per medium, accedat intra illud, sed intransuersum, statim mouetur, & sic dirigitur ad signabile Magnetici, quomodo secundum situationem virtutis in se conformatur illi, quam dixi obtineri à virtute per tale medium propagata. Confirmabitur hæc probatio ex dicendis de causa directionum corporum Magneticorum ad inicē.

III. Affero tertio virtutem Magneticam iuxta dictas differentias situs oppositas dispositam in suo subiecto, & secundum facies oppositas se prodentem in duabus oppositis extremitatibus illius, disponere pariter suum subiectum determinatè secundum directiouem illatum ad aliud Magneticum, intra cuius sphæram actiuitatis sit, secundum illam debitè suspensum in aere, vel innatans humido crassiori, ad exercendum sine extrinseco impedimento motum conuer-sionis & consistentiam ad ipsum; ita ut facta ex inclinacione

T 2.

Ma-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



magnetica consistentia, per quam illa secundum facies, sibi ex aduerso consistant, talis virtus per eamdem sui dispositionem excurrat per medium in duobus subiectis, sic inuicem in loco situatis.

Probatur tota assertio certis experimentis; nam duo styli ferrei ad eumdem Magnetis polum simul accedentes, & ita secundum eamdem, ut in uno, sic in altero, directionem, vim magneticam acquirentes, si remoueantur à Magnete, & per suspensionem fiat alter sine impedimento à virtute acquisita disponibilis ad alterum consistentem, statim facies secundum quas mutuo obuerterebantur ad magnetem, dissociabit, & oppositam conuertet. Præterea duo Magneticæ, quæ separata unumquodque extra Sphærā actiuitatis alterius, secundum certas extremitates suas, seu facies similiter conuertuntur in Austrum, & secundum oppositas in Septentrionem; si secundum eas, quibus ad eamdem positionem similiter in vniuerso diriguntur, inuicem componantur, & conuertibilia sint; auertuntur; si non sint conuertibilia, quantum possunt, ab inuicem recedunt; & contra verò secundum extremitates, quæ in oppositas Mundi partes conuentuntur, inuicem coibunt, etiam per mutuum occursum; & sic, Magneticæ vi dirigente, hanc legem constantissime seruant, iuxta quam talis vis ab una extremitate Magneticæ non solùm ad aliam oppositam, sed ulterius per medium, & totum aliud Magneticum ad extremitatem usque illius remotissimam excurrat eadem prorsus directione, ac si aggregatum ex illis esset unum continuum Magneticum, in quo virtus sic primò disponeretur iuxta dicta.

I V. Assero quartò duas oppositas sittus differentias, secundum quas vis magnetica à certa extremitate, seu facie ad oppositam, & ex opposita ad ipsam dirigitur, & secundum quas disponit suum subiectum ad aliud, esse æquè primò intentas; & non ex aliqua primò & determinatè intenta; aliā,

vt

De Situ, quo Vis M. disponitur, & disponit. 157
vt in corpore habente extremitates materialiter oppositas,
velut materialiter exhiberi.

Conuincitur ex certis experimentis: primò si ferrum oblongum per sui medium accedat ad hunc, vel illum polum Magnetis, numquam habet oppositas directiones, secundum oppositas situs differentias ab extremo, ad extremum, & è contra, in sua materiali extensione excurrentes, nec oppositas facies in suis oppositis extremitatibus constitutas: sed æque hanc, vel illam in medio sui prout per illud ad hunc vel illum polum Magnetis accedit, & oppositam in utraq. extremitate ferri.

Secundo, si alicuius Magnetici consistentis extremitatibus, secundum directionem talis virtutis in ipso quomodo cumque determinatis, approximetur alius secundum suas extremitates à vi magnetica proportionaliter in ipso determinatas; non solum æquè sit conuersio faciei dissimilis ad dissimilem, quæcumque illæ sint sic sibi correspondentes in utroque, & auersio similis à simili per circumuolutionem talis Magnetici approximati, quando suspensum, vel innatans, potest, persistente medio sui, per extremitates ad illud conuerti, vel auerti ab illo; sed etiam impedita conuoluzione sit directus accessus secundum dissimilem faciem, vel directus ecessus secundum similem; pariter eueniet, si approximatum consistat, & illi ipsum, quod constiterat, approximetur.



SE.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



SECTIO III.

*An, et quomodo virtus Magnetica certas sibi
partes determinaret in propagante; per quas pec-
ciliariter similis propagetur; et situationes in
recipiente, secundum quas peculiariter in illo
disponatur.*

Asper primū, quod licet integra virtus, quae est in toto
Magneticō intra certā sphēram actiuitatis concurrat
ad similis propagationem; dantur nibilominus quādam ex
opposito designabilia in illo, cum quibus omnes designabili-
les in orbem radij propagationis connectuntur, eamidem in
se ipsis directionem virtutis exhibentes, quā virtus propa-
gans ab opposita extremitate ad tale signabile visque in Ma-
gnete disponitur.

Prima pars probatur, quia detrac̄tis, vel vitiatis partibus
intermedijs in Magneticō, imminuitur perfectio propaga-
tionis; ergo illa fit cum dependentia a partibus existentibus
in toto Magneticō intra suam sphēram actiuitatis.

Secunda probatur, quia nou solum per accessum ad illa si-
gnabilia in extremitatibus situationis, virtutis in Magneticō,
validior recipit impressio in subiecto capaci, quam per ac-
cessum ad alias partes Magneticī, sed etiam accedente stylō
ferreo secundum eamdem extremitatem sui conuersam ad
tale signabile, in quacumque dispositione in gyrum circa il-
lud fiat accessus, (est non tangat illud, sed intermedient ali-
quaē partes magneticī inter utrūque) se per recipit virtutem
Magneticam secundum eamdem directionem, per quam fa-
cies, dissimilis tali faciei Magneticī, est in extremitate stylī

pro-



Determinantur Propagatio, & Receptio. 159

proxima tali signabili in ipso, facies verò similis in extremitate opposita, remotissima ab illo; at quando stylus ferreus in accessu tangit partem Magnetis proximorem notabiliter vni signabili, quām opposito, licet inter ipsam & signabilem proximum intermediet aliae partes Magnetis, non recipit virtutem in secundum directionem, qua ipsa in Magneticō disponitur, per gendo à tali signabili proximo ad eam partem, cui is immediatè accessit, sed secundum oppositam, quæ cōuenit radio propagationis à tale signabili, velut centro, circumquaque diffuso.

Dicere posset aliquis, quod cum per partem, cui immedietè accedit stylus ferreus, virtus in Magneticō excurrit secundum duas oppositas directiones, secundum vnam ab A. in B. per ipsam, & secundum oppositam à B. in A. per eamdem directio autem à signabili remotiori per ipsam, ut quæ est per longiorem tractum Magnetis, sit potentior ad excurrendum conformiter per propagationem in stylo ferreo, quām sit directio, quæ est à signabili proximiore parti tactæ versus ipsam, non esse mirum, si virtus producta in stylo ferreo sic approximato Magneti obtineat directionem oppositam ei, qui est à facie Magnetis proxima versus partem, cui ille accessit: hanc autem non esse dicendam directionem conuenientem radio propagationis à tali signabili proximo per stylum deducto: sed conuenientem dispositioni Magnetis ab extremitate opposita versus partem, cui stylus accedit; ac proinde per quam ei virtus immediate communicatur, ne in probatione conclusionis assumatur ut certum, omnes radios propagationis prouenisse immediatè à talibus oppositis signabilibus in magnete, quod est probandum; & non inducatur hac prodigiosa nouitas in philosophiam, quod virtus aliqua homogenea producta similis, licet sit in aliquo toto homogeneo; non tamen illam producat in subiecto capaci immediate secundum partes, quibus illud immediate

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



diatē accedit, sed concurrente toto per duo præcisè signabili opposita determinata in ipso à tali virtute, à quibus in orbem deducantur omnes radij propagationis in quælibet subiecta vel mediatè, vel immediate intra sphæram aëtiuitatis quomodo cumque accedentia: Immo hæc maior in Philosophiam Magneticam; quod per radios magneticos a talibus signabilibus intra magneticum deductos, ipsum recipiat directionem Magneticam oppositam ei, quam præhabet in se, quam, ne sic recipiat ab alio Magnetico, tanto-pere refutit.

Sed instantia facta euidenter conuincitur falsitatis, & talis peculiaris modus agendi stabilitur claris experimentis.

Primo enim ferrum magnitudine grani hordeacei paulò longioris si approximetur ad aliquam ex faciebus Magnetis, ei infistit contra inclinationem suæ grauitatis, & quidem promptius, validius, & magis directè in aliquo signabili illius, & circa illud pro aliqua minore vicinitate in proportione minus directè, minus promptè, minus validè; & accedens ad partes Magnetis, ad quas à tali signabili non potest duci linea recta, nisi per ipsam maslam Magnetis, sed aliquando eidem proximas, pariter erigitur supra Magnetem contra inclinationem suæ grauitatis, sed erectione directa notabiliter versus tale signabile; quæ cum fiat iuxta inclinationem propagationis, quam recipit, manifestè ostendit eam recipi cum dependentia à tali signabili, & conformem in dispositione facierum Magneticarum, & sua directione pariter Magneticæ, cum radio à tali signabili deducto; non autem cum directione virtutis Magneticæ excurrente ab opposita facie magis distante versus partem, cui immediate tale ferrum accedit; cui directioni non solum nunquam sponte conformatur, sed coactus apposita manu ad situm illi conformem, statim, ac sibi relinquitur, resilit, & in oppositum conuertitur, iuxta dispositionem radij à tali signabili deducti, cui cur omnino



Determinantur Propagatio, & Receptione

omnino non conformetur, postea dicemus.

Secundò, pars oblonga, secundum extensionem a facie ad faciem à Magnete australia, si per sui medium suspensa, seu innatans crassiori humido approximetur magneti, numquam in situ, in quo continuabatur cum alijs partibus, ad latus Magnetis accedit, sed semper in oppositum conuertetur; etiam si locus ad quem accedit, sic ita intra massam magnetis, ut nō nisi per illam duci possit linea recta ad facies magnetis: hoc autem clarè ostendit radios propagationis à signabilibus oppositis in faciebus Magnetis retrò illas diffusos ad tale frustum Magneticum, in tali accessu ad Magnetem, peruenire, in quibus directio Magneticæ excurrit ex opposito progressionis, quam obtinet in lapide, si ad easdem loci differētias comparentur; ac proinde tale frustum ne à radio propagationis, in quem incurrit, recipiat virtutem Magneticā in situatione contraria ei, secundum quam ipsum iam præhabet, conformem Magneti, e cuius latere acculsum est, inuertere collocationem tuarum facierum in oppositum; quomodo cōformatur radijs propagationis, ab huiusmodi signabilibus oppositis in faciebus Magnetis retrò illas diffusis.

Talis autem mutatio frusti Magneticī in situm oppositum ei, quem obtinebat in Magnete, dum illi approximatur etiā versus locum, vnde australium est, tam constans, numquam eueniret, si propagatio virtutis Magneticæ non esset tota per radios à dictis oppositis signabilibus in gyrum deductos; sed esset à partibus, quibus tale subiectum capax proximè accedit, secundū directionem virtutis magneticæ dispositā in lapide, & congruentem prouersus situacioni, quam frustum australium obtinebat in illo. Non imitor in designationibus, quia hæc summarim cum Peritoribus recognoscō, non Tyronibus in Philosophia Magneticā edocendis propono.

Tertiò & fortissimè experimento, quō magneti, secundū directionem etiam Magneticam oblongo, terram sicut

licet breuius & pro virtute Magnetis satis graui primò ad latus inter utramque faciem inclinatum applicatur; id enim ex tali applicatione & validè adhæret Magnetis & multum virtutis recipit; immò notabiliter validius adhæret, & in maiori pondere sustinetur ex tali inclinatione ad Magnetem, quam si per aliquam suarum extremitatum determinatè accessisset directè ad alterutram faciem magnetis: nihilominus non recipit virtutem in se, secundùm directionem, qua illa existit in Magnete, sed prorsus secundum oppositam, qualim diximus existere in radijs, ab utroque signabili in faciebus oppositis Magnetis, retro post illas hinc inde propagatis; ex quo etiam fit, ut in tali inclinatione ad latus Magnetis duplicata in eo à duplice signabili opposito, propagatione virtutis, & quidem in situ conformi, ferrum validius adhæret, etiam in maiori pondere contra inclinationem suæ gravitatis eleuatum; quod tamen non ita notabile in Magnete rotundo, quia ipsa rotunditas nimis remouet à polis Magnetis ferrum, ita secundum sui extensionem in longum accedens ad latus illius.

Affero 2. radios magneticos incidentes subiecto, capaci ad retinendam impressionem magneticam ab illis, disponere directionem propriam virtutis Magneticæ secundum maiorem extensionem in longum talis subiecti; ac proindè in tali subiecto refringi à suo directo progressu in omnem loci differentiam iuxta exigentiam talis dispositionis.

Constat assertio secundum omnes suas partes evidentibus experimentis: stylum ferreum per sui transuersum admoue polo Magnetis, & nunquam directionem virtutis Magneticæ deprehendes in eo, nisi secundum longitudinem eius disponi; si enim per sui medium illum admoueris polo, faciem ei dissimilem in medio illius deprehendes; similem vero in utraq; extremitate illius; si vero per alterum sui extrellum proprius polo admoueris, secundum faciem dissimilem in-

ex

extremo proprius admoto, secundum similem in extremo remotiori virtutis directionem dispositam esse cognosces.

Iam similem stylum ferreum incurua, & secundum extremitatem eamdem ad polum admove, vergente curvatura ad quamcumque loci differentiam, & ad omnem fieri refractionem agnosces, per quam dispositio virtutis magneticæ ab extremo ad extremum secundum longitudinem illius disponatur.

Cūr Magneſ armatus in ferrum pro aliqua distantia minus agat; proximum verò tanto grauius deſe velut ſuſpenuſ reuinere poſſit.

Hic aduerte, quod cum in dispositione Magneticorum a perta contiguitas aliquomodo & quiualere possit coenirati, quando ferro vestienti faciem Magnetis, & sic divergenti radios ad suam extremitatem per refractionem, apponitur aliud ferrum, ita ut totius subiecti ferrei, capacis impressionis Magneticæ, longitudo versus illud dirigatur; tunc etiam radij Magneticæ mutantes refractionem versus illud diriguntur, & in eo per ralem refractionem uniti conſtituant potiflammam causam, cur Magnetarmato tanto plus ferri debite approximati adhaereat, quam inermi. Cum tamen in ferrum ſensibiliter distans plus agat intermis, minus armatus, dum non parum ex radijs Magneticis per refractionem, secundum maiorem extensionem armaturæ diuergit a ſuo progressu ordinario in directum; immo quia faciem diſſimilē polo, qui eft terminus a quo diſtenditur propagatio, conſtruunt in medio laminæ ferreæ, quæ ſolet illi apponi, illa per ſu medium ageos concrariatur directioni, ſecundum quam virtus a dicto polo ulterius propagatur, ex quo potiflimum fit, ut ſi Magneſ ſit debilior, radius per tale medium proceſſet, ut ſi Magneſ ſit debilior, radius per tale medium proceſſet,

X 2 dens

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

dens in directum minus praeualeat allicere ad se versorium, cuius extremitas, allicienda ab ipso ad faciem prostantem suis, aliquando conuertatur potius ad extrema laminæ, in quibus est facies similis polo Magnetis ad se conuerso, sed sine directione opposita in illis propagata, quam ad ipsum polum Magnetis dirigatur.

Affero tertio radiorum Magneticorum flexione in receptivo capaci non fieri nisi iuxta mensuram, secundum quam illud est capax appropriare sibi impressionem à tali agente propagatam, nam respectu aliorum radiorum, qui vel absolute excedunt illius dispositionem respectu talis agentis, vel illam iam actuatam inueniunt, tale subiectum se habet ut purè medium, in quo radij magnetici non refringuntur.

Hæc assertio conformis est legibus Magneticis ex fine propagationis intérat mensuratis, secundum quas patet huimodi radios ad tale subiectum alioqui capax determinari per Magneticam impressionem, sed non ab illis, habere se ut ad purè medium.

Conformis est experimentis, secundum quæ radij à polis magnetis diffusi transeuntes per ipsam massam Magneticam non disponuntur secundum directionem Magneticam, secundum quam virtus in ea ut proprio subiecto prius inhærens disponebatur, sed per illam vterius propagantur, aliò dispositionem facierum dirigentes. Secundum quam directionem, si acus Magnete tacta per polos in medio sui extremitates inferatur inter duos arcus cupreos, inuicem per extrema coenentes; vt possit inter illos iursum, & deorsum agitari, & illi è seta equina suspensi perpendiculari plumbeo inferius in linea verticali fermentur, prius illa se in Septentrionem, & Austrum per suam longitudinem aliquomodo disponet, tum secundum extremitatem, qua in polum Terræ vicinorem conuertebatur, versus illum se inclinabit, obsecundans radio Magnetico, ex illo velut recta procedenti per Massam.

Terz



Determinantur Propagatio, & Receptio. 165

Terræ , non verò secundum dispositionem secundum quam illa virtutem Magneticam sic per suos polos actuum continet, fleso; quæ confirmabuntur ex ditendis de virtute Magneticâ in Terra existente, & per eius polos radiorum Magneticorum propagaria. Interim para tibi globum Magneticum, in cuius diametri alicuius extremitatibus, poli virtutis existant, & per circumpositum circulum cypreum virginalem terream, ad huiusmodi globum per sua extremitates conuertibilem, circumducito; & agnosces eam radijs a polis per massam magneticam recta propagatis, non secundum dispositionem virtutis in illa flexis, obsecundanteim proportionaliter, ut circa Terram experimur, disponi: quod si ex oppositi poli actione non omnino sequitur directionem radij a proximiori ad se propagati, talis deviatio est contraria flexioni, secundum quam virtus magnetica in tali subiecto ad polos disponitur. Admove magnetem lamina ferrea ad medium, & radij, qui erunt proportionati capacitatib[us] illius respectu talis actiui in ea frangentur, alij recta penetrabunt, & si validior sit Magnes, cuspidem versorij v.g. ad se allient, quam remoto magnete secundum radios cum fractione retractos, eadem lamina per tale sui medium fugabit.

Affero quartò radios propagationis a polis per massam, cuius sunt, transeuntes, deferre virtutem Magneticam secundum dispositionem facierum oppositam ei, secundum quam obtinetur ab ipso subiecto propagante, aliquomodo tamen conformem in ipsis radijs a polis appositis in contraria tendentibus, & sibi occurrentibus, per quam in subiecto extrinseco capaci eos excipiente, secundum huiusmodi tendentiam in oppositum, virtutem geminant secundum eamdem directionem ad validiores effectus; in subiecto vero eos ita excipiente ut ad eamdem tendentiam dirigat, prorsus virtutem secundum oppositam directionem disponunt, & a mobibus & consistentijs magneticis in eo exercendis se mutuo impediunt.

Prima

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

Prima pars assertionis expressè constat ex dictis pro secunda Parte assertionis primæ, in radijs enim post faciem magnetis, quæ dirigitur in Septentrionem ab ipsa propagatis, habetur directio virtutis, secundum faciem tendentem in Septentrionem in anteriora radij procedentem; ergo omnes radij, qui per massam magnetis retro post talem faciem propagantur, continent virtutem Magneticam, secundum propriam directionem oppositam ei, secundum quā in ipso Magnete præhabetur. designa radios à polis per ipsunt Magnetem propagatos cum characteribus exhibentibus dispositiōnem Magneticam in ipsis, & statim agaoscet.

Secunda Pars probatur, quia cum quilibet radius retrò faciem Magnetis, per quam propagatur deferat dispositionem directionis Magneticæ, contrariam ei, quæ præhabetur in Magnete, necessariò in ista contrarietate pergentes per idem subiectum capax impressionis acceptæ ab illis, constituent virtutem Magneticam in illo secundum directionem, oppositam quidem ei, quæ obtinetur in Magnete propagante; mutuò tamen secundum utrumque radium sibi congruentem v. g. in Magnete directio virtutis est secundum talem eius tendentiam ab A in B. in Septentrionem, & à B. in A. in Austrum, iam radius retro propagatus post faciem B. deferat directionem virtutis in Septentrionem, qualis reperitur eadē in omnibus radijs in orbem propagatis per talem faciem B. contrariam scilicet ei, qua virtus habetur in Magnete, quæ à B. in A. tendit in Austrum: radius vero retropropagatus post faciem A. deferat directionem virtutis in Austrum, qualis reperitur eadem in omnibus radijs in orbem propagatis ab eadem facie A. & est contraria directioni, qua virtus in ipso Magnete ab A. in B. est ad Septentrionem: in utroq; vero radio, post facies propagationis A. & B. sibi occurrentes, cōcordat directio ab A. in B. inclinans in Austrum, à B. in A. versus Septentrionem; & subiectum ab illis sic effectum habens

Sunt 2

facies



Determinantur Propagatio, & Receptio. 167


facies sui, dissimiles proximioribus faciebus Magnetis, ad cuius latus accessit, recedens à latere illius, in oppositum si tum priori conuertetur, ex recepta lege Magneticæ.

Tertia Pars probatur quia tales radij prouenientes ex faciebus oppositis inuicem, directionem virtutis deferentes, si ad eamdem positionem in subiecto capaci constituantur, non possunt non cōstituere oppositam directionem Magneticam ad unam, & eamdem positionem in illo; & secundum oppositas inclinationes motum, aut consistentiam, quam virtus per unum radium impressa subiecto, si sola in eo esset, exerceret, alia necessaria in oppositum attens impediet pro viribus.

To tum hoc experimento constat, nam si stylus ferreus axi Magneticæ, à polo ad polum in Magnetem designato, secundum alteram sui extremitatem, velut recta linea alteri, accedit, radios ab utroque sibi incidentes, obliquè disponet, per eandem sui longitudinem fractos, & sic oppositas facies illorum in eadem sui extremitate constituet; & de facto ita semiruo, in motibus, & consistentijs Magneticis impediunt, vel si stylus secundum situm propriem alteri polo per sui extremitatem accesserit, præualeat quidem radius à polo viciniori propagatus, secundum propriam directionem in illo; sed iuxta mensuram minoris impressionis contrariæ, à radio, ab opposito polo proueniēte impediatur, hinc sit ut ferrum, magnitudine grani hordei paulo longioris accedens ad magnetem in situ notabiliter proximiori alteri polo illius, contra nūfum suæ grauitatis se erigat supra illum, sequens notabiliter directionem radij à tali polo ad se propagati; nihilominus ab ea exactè feruanda impediatur à radio proueniente ab alio polo, cui se aliqua ratione accommodans, inclinat aliquomodo in oppositum. Quare si stylus ferreus primum axi virtutis Magneticæ ad medium per sui extremitatem perpendiculariter accedit, velut si nullos radios magneticos receperit.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale



recepisset, ad conuersiones, & consistentias magneticas prout
sunt stupet, dum excepti radii, velut ex æquo in oppositam
dispositionem deferuntur in tali accessu rationabilius autem
afferitur utraq; impressionem magneticam stabilem in ferro recipi,
quamvis in situ opposito sic servicissim ab effectibus
Magneticis impedituram quamneutram, quod melius
constabit ex dicendis.

Afferò quinto in fractis magneticis, iuxta factam vel for-
tuitam, vel de industria massa, vi Magnetica präffectæ, diui-
sionem, posse directionem virtutis, & oppositionem facierū
reperi secundum minorem, immo minimam extensionem
illorum.

Cauendum tamē dum à lamina ferrea, ad cuius maiorem
extensionem secundum longum virtus in impressione direc-
ta est, präciditur virgula, cuius maior extensio sit in situ
contrario tali directioni, ne präcisio fiat remouendo nota-
biliter unum extremum illius, dum aliud adhuc uitum est,
aut proximum illi; nam in tali casu posset in dicta virgula
mutari directio magnetica per nouam impressionem in ea
à maiori lamina factam, secundum quam vis magnetica se-
cundum maiorem illius extensionem facies oppositas exten-
deret, quæ alioqui retenta prima impressione directionem,
& facies oppositas exhibuisset secundum multò minorem
extensionem in transuersum.

Hæc omnia certis experimentis, & obvijs comprobantur.



SE



SECTIO IV.

*An, et quomodo virtus Magnetica dependeat in
sui productione, et conseruatione à præsen-
tia, et conditionibus Agentis, et dispositionibus
accidentalibus Passi.*

Asfero primò in subiecto capaci retinendę impressionis magneticae, non totum id retineri virtutis magneticae remoto propagante, quod habetur eo præsente; neque hoc prouenire præcisè, quia tale subiectum non sit capax tantę impressionis retinendę; cum à validiori propagante ipsum possit plus recipere, & retinere; sed talem limitationem conuenire passo per comparationem ad limitationem, que est in tali agente, quod cæteris paribus, quo vicinius & melius applicatur passo, eo plus illud magneticę afficit; sed pro distan-
tia æquali non æqualiter decrescit sphæra actiuitatis vali-
dioris, & debilioris Magnetici.


Prima pars probatur obuijs experimentis, nam ferrum interpositum inter magnetem, & aliud ferrum, illud in tanto pondere allicet, & contra inclinationem grauitatis illius velut de se suspensum retinebit, quod remoto Magnete, præualente grauitate ab eo semotum decidet; nec nisi ferrum minoris ponderis absente Magne aut allicere, aut à se velut suspensum poterit retinere, pro quo faciet etiā expe-
rimentum mox pro tertia parte afferendum.

Secunda Pars constat, quia ferrum à multo validiori Ma-
gnete recipiens impressionem Magneticam, eo licet remo-
to, exhibet illos effectus Magneticos, qui ante, præsente sic

Y

debi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



debiliore, exercebantur ipso mediante, & tali debiliōri remoto non poterant exerceri.

Similem limitationem, lumine propagato per vitrum, in passo per comparationem ad agens experimur. Nam in tali determinata intensione per ipsum propagatur à tali illuminante, facta reflexione secundum mensuram, per quam ab eodem illuminante lumen intensius propagatum fuisset per aerem, si loco vitri illius radiationi consequenter aer occurisset; cum tamen à multo validiori illuminante per idē vitrum lumen in multo maiori intensione propagetur, quam sit illa, quæ ex propagato & reflexo à debiliore simul positis intra idem vitrum extitisset.

Tertia Pars probatur ex decremente Sphæræ actiuitatis Magneticæ, ratione auctæ distantia; ad probandum autem pro æquali distantia non esse æquale in validiori, & debiliōri, placet mirabile, peritioribus tamen notum experimentum afferre. Valido Magneti ad polum admoue ferrum longitudinis grani hordeacei, vel paulo maioris, & alteri extremitati illius admoue debilissimum Magnetis frustulum, vel ferrum aliud, & illud videbis reliquo valido Magne adhærere huiusmodi debilibus, & ab ijs velut extrahi ab ipso; vt tamen hoc totum fieri agnoscatur virtute validioris, a quo recedit, aucta distantia ab illo, idem ferrum ab huiusmodi debilibus præualente grauitate auellitur, & decidit.

Prius autem in vicinia validioris, quia parum omnino actiuitas illius minuebatur, valide afficiebatur secundum totam suam longitudinem huiusmodi ferrum illi appositum, cui accedens tantò debilius, cum in extremitate sibi proxima illius, pro mensura suæ actiuitatis, velut maximum, quod posset produxisset, ad alteram extremitatem à se distantem: vix secundum aliquid suam propagationem extendit; quare illud virtutis Magneticæ, quod ex impressione à validiori, & debiliōri positum erat in extremitate talis ferri, vicina debilio-

ri, plus.

Depend:a Præsentia Agentis, & qual: Passi. 171
ri, plus erat, quād quod ex actione vtriusque existebat in extremitate proxima validiori; cum autē motus in ferro fiat secundūm mensuram receptā impressionis Magneticæ, ad faciem alterius Magnetici, à quo secundūm eam directionē virtus Magnetica propagatur; ideo extremitate conuersa ad debilius, sed in conformitate propagatiuum versus ipsam, tale ferrum illud sequitur, relicto validiori; pro distantia autē notabili, pro qua notabiliter decrescit propagatio validioris, à qua actualiter influente dependebat vis Magneticæ in tanta mensura, qua superabat talis ferri grauitatem, vincente grauitate deorsum tendens auellitur a debiliori, cui virtute accepta, à validiori adhæserat.

Affero secundō vittutem Magneticam in subiectis cibis tam illius, quād primarum qualitatum contrariarum, ita ab harum certa temperie dependere, vt in particulari ex notabili alteratione secundūm calorem non solum immuni, sed quantum cognosci potest ex cessatione effectuum Magneticorum, sine alijs adiunctis oppositum suadentibus, omnino deperdi possit: recuperata vero aliquomodo priori temperie possit actione alteius magnetici rā in ferro, quād in Magnete, sed debilius in hoc ipso, aliquomodo recuperari, & retineri: imminuat pariter multūm præualente humido aquo, vt tandem etiam omnino deperdat.

Constat assertio euidentibus experimentis, secundūm quę ferrum Magneticæ præaffectum, & ad effectus Magneticos səpius adhibitum, ex valida pér ignem alteratione ad eos redditur prorsus impotens; refrigeratum vero per nouam impressionem receptam ad eos iterum promptum redditur; similiter fragmentum Magnetis, similem alterationē passum ab igne, nullis effectibus magneticis aptum remanet, refrigeratum aliquam ab alio Magnete virtutem ad eos exercēdos recipit; nunquam tamen expertus sum recepisse tantum, licet à multō validiori, quantum ante talem incandescentiam obtinebat. Similiter Magneticæ ab aquo humore in lutofisi

Y 2

locis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

locis detenta languescunt; immo lapides magnetes, ingenti licet mole praediti, solis ardoribus in aestate, pluviis, & congelationibus in hyeme expositi, vix retinent aliquos effectus magneticos, vt vel ipsum aequilibrium versorum ferreum ad se languide prouocent: ita expertus sum in Ilua insula, quam de industria adi, & cum percuperem tentare, num aliqui adessent intra terram altius defossi, quod ex inspectione plurium extantium videbatur mihi valde probabile, vires, fossoresque percupienti defuerunt.

Scrutatus sum plura Magnetis albi, vt vocant, frusta, & deprehendi ea sola esse aliquomodo Magnetica, quae aliquam venam nigri intercurrentem exhibent, qua extracta residuum, sicut quodlibet aliud ea destitutum nullum effectum Magneticum vel leuiter exhibit; adhaerentiam vero, per quam admota labro humido dependent, & ab eo agrave aliquomodo auelluntur, cōuenire passim multis mixtis terreis, quae nullo modo inter magnetica computantur, neque propterea vlo habentur in pretio, vel vsu; que à me fideliter exposita aduerte; imperitorum vero fabulas, multò magis impiorum imposturas in ijs deuita.

S E C T I O V.

*An & quomodo inter virtutes Magneticas
exerceatur Oppositio ratione
Directionum.*

Asso primò situationem intentam per vires Magneticas tanti esse in natura, vt, licet in omnibus alijs convenient, tam praedicatis essentialibus, quam proprietatibus inde consequentibus, ex sola diuersitate situationis exerceantur.

ceant tam oppositionem actiuam, quam formalem incompossibilitatem in subiecto; & quidem maiorem, quam inter qualitates corporum contrarias communiter asseratur.


Conuenientia in omnibus prædicatis essentialibus, & proprietatibus verè Magneticis constat ex supradictis.

Quantopere determinatio situs intendatur per virtutes Magneticas, constabit partim mox ex probatione tantæ oppositionis, quam ratione illius exercent inter se; partim ex infradicenda correspondencia, quam obtinent inter se prima Magnetica ad conuenientem dispositionem vniuersi.

Probatur oppositio asserta ex diueritate situationis, primò quia ratione talis oppositionis, quando interuenit, ut sibi occurrant Magnetica secundum facies, & virtus Magnetica secundum eamdem directionem non excurrat ab uno ad aliud, intra Sphæram actiuitatis Magneticæ, illa totis viribus auertuntur, & fugiunt ab inuicem, quæ eādem situatione virtutis in illis existente, totis viribus conuertuntur, & vniūntur inter se; Talis autem fuga non prouocatur nisi ex actione, secundum oppositionem situationis virtutis, exercita ad inuicem, ut probatur ex professo. Sec. VI.

Secundò quia ratione oppositionis in situacione tales virtutes se mutuo expellunt à subiecto, ut constat euidentibus experimentis. Si enim ferrum secundum certam suarum extremitatum directionem, incipiendo ab extremitate A. pergendo ad extremitatem B. applicetur faciei Magnetis, quæ dirigitur in Septentrionem, ea immeditatione, & mora, quæ sufficiat ad effectus Magneticos notabiliter exercendos, qui ab eo, extra Sphæram magnetis remoto, secundum determinationem receptam exerceantur; tum vero secundum eamdem suarum extremitatum directionem ab A. in B. eodem modo applicetur faciei oppositæ, quæ dirigitur in Austrum, aut secundum oppositam directionem suarum extremitatum à B. in A. applicetur eidem faciei Magnetis, quæ diri-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

dirigitur in Septentrionem, aperte cognoscitur ex omnibus effectibus magneticis expulsam ab illo virtutem Magneticae, quæ illud constanter ex prima applicatione afficiebat, secundum talem directionem in illo ab A. in B. secundum quam sic determinatè exercebat effectus magneticos in illo, & introductam aliam, secundum oppositam directionem, excurrentem ab A. in B. & secundum illam opposito modo magneticè operantem in illo.

Aduerte primò in his experimentis capiendis, quod aliquando ex situ in secunda applicatione ferri ad Magnetem, & ex non sufficienti mora in tali applicatione, cognoscimus solum debilitatem virtutem magneticae, non autem omnino mutatam ex consequentibus ex ea effectibus magneticis secundum eamdem determinationem, secundum quam prius sequebantur, sed debilius: aliquando vero eadem facie se prodente in utraque extremitate ferri per effectus magneticos eosdem secundum utramque exercitos, non est omnino expulsa virtus præcedens secundum suam directionem à toto, & in tali casu, si diligenter experiaris, inuenies faciem oppositam in intermedijs talis ferri reperiri.

Aduerte secundò applicationem secundam ferri vel ad faciem oppositam magnetis, secundum eamdem sui dispositionem ab A. in B. vel ad eamdem faciem secundum oppositam sui dispositionem, ab extremitate B. in A. posse tam diligenter fieri, & ea mora, ut præcedens virtus secundum suam directionem omnino cesseret, per introductionem nouæ secundum directionem oppositam; ut constabit per nouos effectus Magneticos, secundum talem directionem, de novo introductam, tam validè exercitos, quam validè exercentur per primam applicationem, & impressionem illius, quando non præexistit opposita directione in tali subiecto.

Quod autem talis oppositio excedat alias communiter agnitas inter qualitates corporum, contrarias dictas.

Pro-



Probatur quia illæ intra latitudinem octo graduum diam se ita compatiuntur, ut in gradibus remissis, talem latitudinem integrantibus, simul existant; at verò debilis magnes in ferro, præfecto ab alio debili, licet utrumque sit actuum infra medietatem latitudinis gradualis, cuius est capax qualitas magnetica, per suam actionem in directione opposita expellit virtutem præexistentem; immo intra talem mensuram actiuitatis potest à debilio ri Magnete sequi actio, per quam minuatur ita virtus impressa ferro à fortiori, ut effectus Magnetici sequantur impressionem factam à debilio ri; si saltem talis impressio vincat medietatem impressionis antefactæ à fortiori: quæ proportionaliter applicari possunt, ut militent, etiam si diceremus dari qualitates medias in corporibus elementaribus, quæ aliquomodo referant mixtionem contrariarum, in quibus secundum varium accessum ad extremas contrarias spectetur oppositio.

Affero secundo ratione oppositionis, quæ reperitur inter virtutes Magneticas ob diuersam situationem, quam obtinent in subiectis, & secundum quam illa ad oppositos terminos magneticos dirigunt, dari successionem in qua cumque mutatione Magneticæ, qua subiectum, affectum per directionem oppositam, debet de novo recipere constantem impressionem; non verò in mutatione, qua aliquid ut pure medium afficiendum est, quodcumque illud sit.

Prima pars probatur, tum quia passim experimur requiri aliquam moram in approximatione subiecti capacis ad propagatiū virtutis Magneticæ, ut recipiat impressionem secundum effectus Magneticos consequentes; & eo maiorem quo magis fuit præfectum in contraria directione, maxime, si tale propagatiū pro tali diffantia parum possit in assimilatione illius: ex his enim experimentis colligitur, quod ubi est apertissima præfectio in subiecto per oppositam directionem, ibi requiritur sensibiliter mora ad recipientem.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

piendam mutationem internoscibilem per effectus oppositos, secundum nouam directionem consequentes, etiam si propagatiuum sit validum; pariter quod mora crescit ex maiori debilitate propagatiui.

His autem certò constantibus non irrationabiliter philosophamur, si in subiectis alioqui capacibus impressionis magneticae constanter retinenda, in quibus minus aduertitur præffectio sensibilis; est tamen notissimum multum tempus requiri, ut acquirant determinationem Magneticam per effectus magneticos manifestandam, dicamus præfuisse aliquam impressionem secundum oppositam directionem; dicet ex debilitate minus obseruabilem; quamvis enim Sphæra activitatis magneticæ ad ea valde debilitata pertingat, nihilominus nulla data in ipsis oppositione in tali genere, nulla esset ratio successionis in mutatione facienda secundum illud; nec est difficilè talia varie affici, cum semper præcedant variæ situationes illorum, saltem intra sphæram radiorum magneticorum, qui diffunduntur à Terra, ut postea dicemus i.

Secunda pars probatur, quia diuersæ directiones magneticae in puro medio non exercent oppositionem; vt aperte colligitur ex propagatione radiorum magneticorum intra ipsa magnetica secundum oppositam directionem, non impediente directione, secundum quam virtus præsupponitur in illis & quæ ea validior existit, tanto validiorem directionem oppositam deferunt radij retro facies propagati intramassam eiusdem magnetici.

Affero tertio existente in subiecto Magnetico non solum impressione virtutis magneticae in opposita directione illi, quæ peruenit ad ipsum per radium propagationis ab alio magnetico; sed etiam ipsa forma, cuius est propria passio talis virtus, multo difficiliorem, & sic cardiorem reddi mutationem per impressionem contrariam, quæ debeat fieri in




in ipso non vt purè medio ; nec successuram nisi à Magnetico simpliciter validiori.

Prima pars probatur apertissimis experimentis , quibus constat in ferro, quantumuis à valido magnete receperit impressionem, secundum aliquam directionem virtutis Magneticæ, nihilominus, iuxta dicta, in probatione assertoris primæ, immutari virtutem secundum oppositam directionem, dum ipsum sic inuerso situ suarum extremitatum applicatur eidem polo Magnetis, vel in eodem situ illarum polo opposito; ferrum autem ita est capax virtutis Magneticæ ab alio, vt formam in se magneticam, quæ sit in ipso principium aliquomodo productuum illius, non obtineat. Constat verò in magnetе (cuius formæ vt naturalis proprietas talis virtus deberi cognoscitur etiam ex hoc) quantumuis applicetur à nobis alteri etiam fortiori, secundum oppositam directionem radios propaganti, non mutari virtutem secundum directionem, qua præexistit in ipso, pro mora temporis à nobis obseruabili ; pro qua etiam diutiùs continuata, si notetur aliqua imminutio virtutis in magnetе, constituto intra debiliorē sphærā propagationis in opposita directione, non potest tibi constare, an ea euenerit ex mutatione facta in ipso secundum primas qualitates contrarias, iuxta dicta sectione præcedenti ; an per impressionem alicuius directionis magneticæ in situ opposito per huiusmodi radios, ad illum sic pertingentes.

Secunda pars, quatenus negat talem mutationem successuram a debiliori, Probatur, quia cum ex vna parte constet formam magnetis non se habere in tali mutatione, quæ dicatur fieri secundum directionem oppositam, vt se habet forma aquæ in calefactione, quæ a debiliori agente compatitur imminutionem notabilem, & multò maiorem à fortiori, suæ connaturalis frigiditatis, quam ijs remotis sibi reparat, ex-

Z. pulso

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



pulso calore violenter ab ijs introducto: nam, alio magnete, propagatiuo virtutis secundūm oppositam directionem, illi approximato, non experimur similem in eo immutationem notabilem fieri, nec eo remoto imminutam virtutem secundūm priorem directionem reparari: ex alia parte ex ante dictis constat vi formæ magnetice, cui sit connexa aliquando connaturaliter virtus secundum talem directionem, exerceri resistentiam respectu præsentis propagatiui illius in opposita directione, qualis non exercetur à forma ferri, quod se habet mērē passiuè ad recipiendam impressionem illius ab extrinseco sic facilè mutabilem ab alio propagatiuo eiusdem secundūm oppositam directionem; videtur sequi talem resistentiam exerceri ab ipsa, concurrendo ad conseruationem virtutis præhabitæ in sui generatione secundūm talem directionem, contra virtutem talis propagatiui in opposita directione, intra cuius Sphæram actiuitatis existat; quare cum ipsa respectu debilis actiui in oppositum sit potentior melius applicata, iure suo poterit illi præualere.

Confirmabitur ex dicendis pro eadem secunda parte, vt affirmativa.

Hic aduerte primario fini virtutis magneticæ, (de quo dicemus infra, cum de correspondentia inter Terram, & primum Magneticum in Vniuerso,) valde cōuenire conseruationem virtutis in prima directione, secundūm quam à prima sui connaturalis subiecti productione existit in illo; e cōtra verò primario fini elementorum, & congruenti dispositioni Vniuersi in Mixtis ex illis, conuenit facilitas mutationis qualitatum contrariarum in perfectione, secundūm quam suis subiectis ratione propriarum formarum sunt connaturales.

Eadem secunda pars, quatenus affirmat talem mutationē esse possibilē à potentiori, Probatur; quia eam esse possibilem videtur constare ex fuga directa, quam Magnes exerceat iuxta.

ta mensuram suæ virtutis, à radio propagationis alterius in contraria directione, etiam cum non potest simili fuga illo modo accedere termino, ad quem, sibi congruenti, vel quærere situm sibi aliunde conuenientem; ut euenit in conuolutione qua dum refugit contrariam directionem, disponitur ad congruentem; qua proinde motio illi sufficeret, si non posset pati ab opposita directione, quam determinatæ vitat supradictâ fugâ; cum ergo possibilis sit dicta mutatione non potest denegari potentiori, quantacumque tarditate fiat.

Dices hinc sequi in Magnete non debere exerceri fugam, per quam directè recedat à propagatione virtutis Magneticae secundùm oppositam directionem, nisi cum illa defertur in radio potentiori; cum solùm pati posit ab illo.

Verum cùm Sphaera actiuitatis potentioris, secundum contrariam directionem radios propagantis, sit quidem in maiori distantia debilior, per maiorem tamen approximationem ad propagatiuum inualescat, & tanti sit, iuxta supra indicata, conseruatio situationis Magnetici, in qua per impressionem in sua productione constitutum est; iure virtuti Magneticae naturâ suâ tributa est auersio, qua fugam exerceat à radio deferente directionem contrariam licet debiliorum, vt hoc modo tutius seruetur Magneticum à deferente fortiorum, quando immineret.

Affero quartò duobus propagatiuis secundùm oppositam directionem eidem subiecto capaci applicatis, sicut duobus polis eiusdem Magnetici, secundum radios deferentes oppositam directionem, in idem ferrum approximatum per alteram sui extremitatem directè ad æquinoctialem illius, sequi propagationem secundùm utramque directionem, & utramque simul in subiecto permanere, licet si una earum præcessisset, accidente propagatio secundùm oppositam, per superuenientem ea fuisset expulsa.

Z 2

Prima

Prima pars probatur, quia iam aliundè satis constat admittendas esse virtutes Magneticas in situ opposito eidem subiecto impressas, & se vicissim à dictis effectibus magneticis impedientes: si enim subiectum capax impressionis magneticæ accedat per aliquam sui extremitatem ad aliquem polum magnetis, & ab eo recipiat virtutem, per notos effectus magneticos in ipso, remoto etiam Magnete, manifesta, potest per aliud sui extremum præcedenti oppositum, ita accedere ad polum in aliquo Magnete similem supradicto, vt post talem accessum stupeat ad effectus magneticos, quos, ante hunc secundum accessum, tam promptè exercebat, quod non potest euenire nisi ex mutatione in tali subiecto facta à polo Magnetis simili, cui per tale oppositum extremū sui illud accessit: sed nullum agens naturale potest habere causationem in aliud, quæ directè, immò præcisè tendat in non esse formæ præexistentis in illo; sed necessariò omnis eius actio circa subiectum est ad esse alicuius formæ in illo, quæ si sit incompassibilis præcedenti, ea cessante, ipsa persistit in subiecto; ac proinde à tali polo simili Magnetis, cui per oppositum extremum subiectum capax secundò accessit, non potest esse mutatio in illo per non esse formæ Magneticæ præcedentis, nisi per inductionem alterius illi incompassibilis, quæ, cessante præcedente, sola remaneret in illo soluta ab omni impedimento exercēdi effectus Magneticos sibi proportionatos, quod cum claris experimentis deprehendetur falsum, effectibus formæ Magneticæ secundum alterutram directionem in tali subiecto, post huiusmodi secundum accessum, non se prodentibus, necessariò afferendum, per duplē accessum subiecti capacis secundum oppositas extremitates sui ad polum Magnetis eiusdem faciei, impressam esse virtutem secundum oppositas in illo directiones geminatam; & ita, secundum oppositas inclinationes, effectibus Magneticis, qui non nisi secundum certam determinatiōnem.

nationem exhiberi possunt, obſiſtentem.


Secundò, quia eſto in tali ſtatu neutrā alteri praeualeat, non ſunt omnino fruſtra in natura; nam poſteſt alterutram ipsarum per accessum validioris magnetis, vel ex diurna perſiſtentia intra Sphærām aetiuitatis magneticè affecti in ſitu ſibi conformi, ſed diſformi ab alia ſecum exiſtente, iuuari ad praeualendum illi, & ad effectus magneticos excessui ſuper illam proportionatos exhibendos.

Secunda pars probatur, quia experimentis apertiffimis conſtat, poſta qualibet impreſſione ab aliquo propagante, ſi accedat de novo propagatiūm in direcſione oppoſita, per impreſſionem oppoſitam ſemper illam minui, vel etiam omnino tolli perfeuerare applicatione; ergo illa quæ ſimul manet, dum ſimul cum oppoſitā inducta eſt, ſi praeceſſifet in tali ſubieſto producta ab aliquo ſimul propagantium, ab altero illorum poſtea applicato, fuſſet expulſa.

Ratio huius diuerſitatis eſt, quia quando duo oppoſita ſunt æquè applicata, & agunt quantum poſſunt, ſi neutrū per talem impreſſionem relinquit ſubieſtum omnino ſibi inimicum, ſaltem efficit, vt non magis ſit ſibi inimicum, quam congeneum, & ſic æqualiter ſaltem illud habeat ita in ſitu conuenienti, ſicut in diſconuenienti; at quando ſubieſtum habeat in ſe unam praeceſe directionem ex illis, tunc Magneticō, accedenti ſecundūm oppoſitam, eft prorsus incongruum in ſitu, & inimicum in direcſione: quare iure per actionem illius impetitur, donec expulſa virtute, ſecundūm quam in direcſione opponebatur, per introductionem ſimiſlis fiat illi congruum.

S E

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

SECTIO VI.

*Define proximo motionum, et consistentiarum,
que per virtutem Magneticam determini-
nate in Magneticis exercentur.*

Asso primò Magnetica, in aëre suspensa, vel humido crassiori innatantia, quando sunt in certa proximitate ad inuicem, nunquam consistere in situ determinato suorum facierum ad aliud magneticum, nisi facies dissimiles conuersa sit ad dissimilem; quoties autem similis ad similem conuersa est, semper fieri motum, quo talis situatio mutetur; & si à mutatione per conuolutionem, quæ facilior est, impeditantur, ea agitari, vt quantum possunt ab inuicem recedat; sicut pariter, quando si secundum facies dissimiles se respiciunt, cessant à conuolutione, agitantur, vt accedant secundum illas quantum possunt ad inuicem: Aucta verò distanca inter illa eò deueniri, vt mōto quomodocumque altero, alterum quiescat, & in qualibet ad inuicem situatione indifferenter consistant.

Tota assertio facilimis, & notissimis experimentis certo constat.

Asso secundò istas motiones, & consistentias pro tali proximitate inter Magnetica exerceri, quia per virtutem Magneticam, quam habent, inclinantur ad recipiendam similem propagatam ab alio in eadem directione, secundum quam ipsa sunt præfecta; sic enim melius perficiuntur, & conseruantur secundum illam ad effectus magneticos illi proportionatos: auersantur autem affici secundum directionem contrariam, quia opposita sibi proueniunt ex illa,

Con-



De Fine proximo Motus, & Consit: 183

Constat hæc assertio Primo, quia ex una parte certum est tales motiones, & consistentias exerceri ad aliud magneticum, intra Sphaeram actiuitatis illius; nam pro eadē distantia subiecta capacia non præfessa recipiunt virtutem magneticam ab illo, quam produnt notis experimentis; quod infra probabimus verificari etiam de distantia, in qua Magnetica affecta exercent motiones, & consistentias sibi proportionatas ad polos Terræ.

Ex alia parte certum est ex supradictis radios propagatio-
nis à magneticis prouenientes, secundum directionem virtutis præexistentis in illis, non posse conformari directioni, se-
cundum quam existit in alijs, nisi cum facies dissimiles se mu-
tuò respiciunt; opponi vero, cum similes ad inuicem con-
uertuntur.

Secundò; quia, ut supra probauimus, virtus à Magnetico in Magneticum contraria directione propagata non solum debilitat effectus ei proportionatos, sed aliquando reddit velut nullos; iuuat autem, & promouet, cum est in simili direc-
tione; Tantaque est auerso Magnetici, ad recipiendam vir-
tutem in directione opposita, vt pars e latere Magnetis au-
ulsâ, occurens huic oppositæ directioni in radio, à faciebus
illius retro propagato, se conuertat in oppositum, mutando
situm, quem habebat in suo toto; & vt se conformet direc-
tioni virtutis, quam recipit in radijs ad se à polis propagatis,
discordat à directione, secundum quam virtus disponitur in
suo toto.

Tertiò; quia distantia inter duos Magnetes, vel Magnetē,
& ferrum tandem excedunt Sphaeram actiuitatis magnetice,
& in tali remotione ad quamlibet situationem indifferenter
se habent, quātum spectat ad dispositionem virtutis Magne-
ticæ in se, cum nulla eis, quantum spectat ad illam, proficit,
nulla noceat.

Affero tertio motiones conuersionis, & accessus, pariter

CON-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel


0 1 2 3 4

Kodak
Gray Scale

consistentias determinatas inter magnetica conuenienter proxima, & non impedita, exerceri ad inuicem, vtroque alterum prouocante, per diffusionem virtutis Magneticæ in directione simili ei, secundum quam præaffectum est alterū: sed vtroque ad alterum conuerso, vel accedente, vel consistente, per vim Magneticam, quam intrinsecè possideret; & secundum quam melius se habet sic conuersum, vel accedens, vel consistens ad alterum in simili directione diffusiuū. Quod si unum sit int̄ a Sphæram actiuitatis alterius, & non ē contra, ob debilitatem virtutis Magneticæ, ipsū consistet ad alterum; non sic alterum ad ipsum.

Affero quartò auersiones & recessus inter Magnetica cōuenienter proxima, & non impedita exerceri, vtroque alterum prouocante, per diffusionem virtutis Magneticæ in directione opposita ei, secundum quam præaffectum est alterum; sed vtrumque ab altero auerti vel recedere per vim Magneticam, quam habet in se, & secundum quam male, aut peius se haberet, nisi per auersionem, & recessum ab altero mutaret, quantum potest, talem situationem; quod si alterū sicut intra Sphæram diffusionis virtutis ab alio secundum directionem oppositam, non sic aliud; in altero fierent motus auersionis, vel recessus, & non vicissim in opposito.

Vtraque assertio est cohærens prædictis, & ex prædictis probatur, sicut ex vtraque melius explicantur, & confirmātur, quæ prædicta sunt. Colligitur autem ex his ferrum nullā habere determinatam consistentiam, conuersionem, vel approximationem ad corpus Magneticè affectum, nisi vt præaffectu virtute magneticā ab illo, seu ab alio huiusmodi; immo ex ijs, quæ habet de se independenter à Magneticis, tales motiones, & consistentias potius impediri; cum communiter exerceantur contra inclinationes suæ naturæ grauis, & extra Sphæram actiuitatis Magnetici nullo modo in eo se prodant; quāodo autem intra Sphæram actiuitatis illius existens,



stens, affectum est vi Magnetica, non nisi secundum mensuram impressionis illius exerceantur. Quod enim de ferro dixit aliquis, quod natura sua, ante omnem impressionem Magneticam, habeat virtutem vnius faciei, secundum quam iuxta differentiam positionis deorsum, vel sursum alliciat, vel fuget magneticè affecta, fictum est, & assertum ex ignorantia impressionis, quam variè recipit ferrum oblongum, à radio Magnetico per Terrę polum ad ipsum pro alia, & alia situatione ipsius variè propagato, ut infra ostendemus agentes de vi Magnetica in Terra existente.

Porro ferrum magneticè præfæctum vicissim prouocat ad se Magnetem, sicut Magues prouocat illud, & vnuquodque ad aliud mouetur, vel consistit, vel ab alio remouetur, ex vi magnetica sic motiuam, & sifitiuam, quā habet in se, posita tali prouocatione ab alio, per diffusionem virtutis magneticæ in tali directione. Atque in hoc sensu explicanda sunt vocabula attractionis, & repulsionis, quæ in hac materia usus inuenit.

S E C T I O V I I .

An virtus Magnetica sit proximè ad retinendam, vel faciendam conuenientem unitarum partium dispositionem in toto Magnetico; an verò ad disponenda tota Magnetica inter se.

Asso primò virtutem magneticam neque ut a triam, neque ut motiuam, & sifitiuam esse proximè ordinatam ad dispositionem conuenientem peculiariter partibus in toto Magnetico, neque ad faciendum vnum ex pluribus Magneticis ut partibus integratum.

A a

Prima

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

0 1 2 3 4

Kodak
Gray Scale

Prima pars probatur, quia talis virtus, vt actiua collata ad partes intra totum, in quo reperitur, male disponit illas, secundum directionem magneticam; cum non sit in toto Magnetico actiua, nisi secundum signabilia in faciebus oppositis illius, per quae radios intra massam post illas propagat in direct one prorsus oppositam ei, quam partes iam obtinent in illo, ad quam directionem oppositam vitandam omnis auersio, & fuga Magnetica proximè dirigitur, vt constat ex dictis.

Pariter secundum radios propagationis magneticæ male afficit, vt plurimum, partes separatas à toto, quia in omni situ circa totum, præterquam è regione facierum, aut afficiendo in contraria directione fugat illas, aut si ad vitandam directionem contrariam inuersas allicit, vt accedant in directione, quam sibi conformem inueniunt in radio propagationis, copulantur reliquis partibus secundum directionem prorsus contrariam ei, per quam aliæ partes disponuntur in toto; immo ei quam in illo cum alijs supradictis obtinebat, vt constat ex dictis de parte è latere Magnetis auulsæ, & non nisi in situ opposito ei, in quo erat vnta, ad illud accedente.

Ex quo sequitur, quod si totum Magneticum esset in globum conformatum, vis Magnetica partes ab eo auulsæ, non solum non diriget ad conuenientem dispositionem totius, sed vel in directione Magnetica confunderet, vel ritè disponendo, secundum illam, ante facies totius accedentes disponendo, figuram globo prorsus oppositam ordinaret.

Secunda Pars probatur, quia vis Magnetica, vt sistiuæ, & motiuæ, separationi partium à toto non resistit, & separatas æquè dirigit ad aliud totum, ac ad illud, à quo diuulsæ sunt; & dum dirigit ad illud, non minus eas applicat ad latum, cui accedunt in situ Magnetico disformi à partibus proximis, & à toto, quam ad faciem, cui accedunt in situ conformi.

Con-

Conuincitur autem non resistere partium separationē à toto, vt sifstiuia est, quia prater id quod præstant continuatio, & durities in alijs similibus corporibus non magneticis, ipsa, vt talis, non exercet persistentiam Magnetici in aliquo situ, nisi in eo illud se habeat melius secundum dispositionē virtutis huiusmodi, quam obtinet in se; sed pars in toto afficitur à radijs etro facies propagatis prorsus in situ difformi; vnde cum primū est soluta aliquomodo à lateribus Magnetici, & se ex inclinatione intrinseca virtutis Magneticæ, quam obtinet, situare potest, refugit à situ, quem tenebat cum partibus reliquis in toto, præcisè vt vitet talem receptionem virtutis in situ difformi à dictis radijs, à quibus sic etiam afficitur alligata per talem continuationem cum reliquis in toto. Quod euidenter ostendit talem dispositionē non potuisse in toto ante ex vi virtutis magneticæ causari; & virtutem magneticam, pariter vt motiuam, vt plurimū cooperari separationi partium in toto; vel cum per eam accedūt ad totum in situ opposito tali toti, & partibus existentibus in illo, tunc se habent potius vt tota de se magnetica in propriū bonum se mouentia, quam vt partes conuenienter dispositioni talis totius, & talium compartium accedentes, vt patet.

Tertia Pars probatur infra in fine Sect: contra secundam instantiam.

Astero secundò virtutem Magneticam ex suis intrinsecis esse proximè ad disponenda inter se ipsā tota Magnetica, vt conuenienter procedat affectio Magnetica saltem ab uno ad aliud.

Probatur, quia vt actiua non agit per se in situ conformi, nisi ad aliud totum magneticum, quod ad illam sic excipendum se conuenienter offert, vel in aliud capax recipiendæ primò impressionis Magneticæ ab ipso; At verò vt motiuam in suo subjecto nullum actum secundū sic iistendi, vel mouendi

ipsum exercet nisi ad aliud totum magneticum, sic diffusiu[m] virtutis Magneticæ ad ipsum sifit enim, vel; approximat quantum potest ad diffusiu[m] virtutis Magneticæ in directione conformi ei, secundum quam ipsum praefectum est; remouet à diffusio in contraria directione, ut constat ex supra probatis, & experimenta, quæ capere possumus, passim confirmant.

Quod si dicas primò virtutem Magneticam vt actiuam, & motiuam ista ipsa exercere in subiecto Magneticō, quod fuit pars totius Magneticī, & quidem ad ipsum totum, cuius fuit pars, si ad facies illius collocetur. Aduerte ista non per se conuenire parti, ut pars est Magneticī; cum euidenter constet ex dictis pro prima assertione partibus Magneticī opposita communiter conuenire ex vi virtutis Magneticæ; sed quando conueniunt, conuenire similiter cum alijs totis Magneticis, quæ prædicta exercent ad idem, cuius nunquam fuerunt partes, & in ijs præstandis nullum munus exercere, quod ipsi ut parti talis totius peculiariter debeat.

Quod si dicas secundò virtutem magneticam per se inclinare ad faciendum vnum totum, ex pluribus Magneticis conuenienter dispositum, etiam quando in ijs, quæ videntur esse quædam tota de se, exercet actus secundos motionis, vel consistentiæ Magneticæ; nam ablatis impedimentis ea conuoluit, ut in directione magneticā conformi se respiciant, & sic disposita mouet ad mutuum occursum, & in maxima, quam potest proximitate copulat, & retinet sic in eadem directione conuenientia.

I. Aduerte, quod si hoc verum esset, primò ea per se moveret ut secundum facies directè conuenirent, & ad facies exercerent determinatè consisterent, nec causaret in ijs accessum etiam ad latera, nec ad latera exerceret fortissime consistentiam, in quo situ vis magneticā in ipsis contraria prorsus inuicem directione disponitur.

II. Non

II. Non causaret in ijs motum recessus à contraria directione, nisi vt simul, & semel ad conuenientem accederet, per quam sic fieret vnum ex pluribus modo dicto, quod tamen expressè constat esse falsum; cum magnetica à fuga faciliore contrariae directionis secundum quam inconuenienter afficiuntur ab alio, intra cuius Sphærām actiuitatis sunt constituta, quæ sit per conuolutionem, quia simul obtineant accessum ad perfectionem in conuenienti directione, fugient recta, nihil obtinere valentia per talem multò maiorem motum totius Magnetici, nisi vt à contraria directione recedat, & à tali Magneticō, sic inconuenienter afficiente, remouetur, donec quantum possunt, fiant extra Sphærām actiuitatis eius.

Quare is dicendus est esse finis per se proximus consistentiarum, & motionum magneticarum, ad quem vis Magneticā proximè per se suum subiectum inclinat, qui semper queritur proximè per illas; semper autem per accessus, & conversiones Magneticas queritur situs, in quo subiectum Magneticum secundum tam directionem, secundum quam affectum est, conuenienter afficiatur per propagationem virtutis in simili directione ab alio, siue deinde dum sic accedit, vt perficiatur ab alio, conueniat cum illo in eadem directione virtutis, siue ab illo prorsus in directione opposita discordet, vt euenit in omni accessu, & in consistentia, quæ solet esse fortissima ad latera, vt supra exemplificauimus in partibus è lateribus Magnetis australis, & ad locum priorem, non nisi in contraria toti, & reliquis partibus directione accessentibus, dum per talem accessum & consistentiam, se accomodant, vt perficiantur conuenienter à radijs, sic à polis Magnetis propagatis. Semper per Magneticos recessus in directum queritur situs extra Sphærām actiuitatis alterius, à quo afficiebatur subiectum, sic magneticè recedens, in contraria directione.

Quod

Quod si Magnetica vi p̄dictum recipiat hinc inde radios secundūm directionem suā conuenientem, æqualiter ad sc̄, vel à duobus polis vnius Magnetici, vel à duobus Magnetīcīs propagatos, non inclinat per eam moueri accedendo ad alterutrum, sed consistere in tali situ sic remoto ab vtroque.

Dixi in fine assertionis, vt saltcm ab uno ad aliud conuenienter procedat affectio Magnetica; quia fieri potest, vt debilius magneticum sit intra Sph̄aram actiuitatis fortioris, non ē contra; in quo casu vis Magnetica motiones, & consistentias exercebit in debiliōrē ad fortius; non vero in fortiori ad debilius.

In his duabus Sectionibus peculiariter agendum propo-sui, & determinauī quid sit sentiendum de fine proximo o-perationum Magneticarum, quia secundūm illum determinate comparantur vt Magnetica; quod si alias habeant con-ditiones per se quæsitas in naturali corporum dispositione, & conuenientes fini Vniuersi, possunt sic congruentia illis ulteriūs procurari per actus secundos propri-os virtutis Magneticæ, vt conuenienter di-sponantur, & pro sua indigentia, et or-dinatione perficiantur, quæ sic magnetica sunt, ad finem in-tentum ab Authore V-niuersi, vt melius conſtabit ex dicen-dis.



S E-



SECTIO VIII.

*An Terræ globus habeat in se virtutem
Magneticam, et quomodo.*

Asso primò Terræ globum habere in se virtutem magneticam, & quidem secundum determinationem polarum in Septentrionem, & Austrum.

Probatur unico arguento, quia conuincitur experientis radios Magneticos ab illo secundum dictos polos propagari; ergo, iuxta supra ostensā, secundum determinationem dictorum polarum habet virtutem magneticam in se. Antecedens constat.

Primo quia Terra per huiusmodi propagationem à suis polis diffusam imprimet subiectis capacibus principium operationum magneticarum, quod aliqua constanter retinent, & exhibent secundum certam determinationem in se, & correspondentiam cum alijs magneticis; ut statim experiri poteris applicato versorio per Magnetem affecto, tum ad extremitates ferri, quod secundum directionem in Septentrionem & Austrum, tundente post ignitionem malleo, sit productum in longum, & in eadem directione refrigeratum, explorando oppositas facies in illis; tum faciliter applicato ad extremitates ferreorum, quorum diu perseverauit erectio, siue in clatrīs fenestrarum, siue ad alios usus in domibus, & officinis, certa sui extremitate sursūm erecta, opposita depresso.

Alia verò sicut facilime concipiunt tale principium, & statim exhibent per certam directionem in sui extremitatibus, posita tali situatione suæ longitudinis versus Terræ polum;

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



lum, ita facillimè mutant in oppositam, variata situacione suæ longitudinis, ad polum per alteram extremitatem conuersæ; quod experimur in quolibet ferro al cuius crassitie, sed in maiorem multò longitudinem ad duos, vel tres palmos extenso nulla certa impressione, quæ notari possit, magneticè præimbuto; si enim illud secundùm suam longitudinem in polum directam infra versorium admoueatur, per extremitatem illi proximam allicit cuspidem versorij cōuersam in polum proximum, & oppositam fugat; si vero erigas supra versorium per eamdem extremitatem approximatam fugat cuspidem illius conuersam in dictum polum, & allicit oppositam; & quod prestat per unam ex suis extremitatibus, sic supra, & infra Versorium approximatam, pariter exhibet per oppositam, si similiter admoueatur.

Hic aduerte quod ex lege magnetica in tali ferro, in Orientem, & Occidentem secundùm suam longitudinem directo, deberet eadem facies Magnetica deprehendi in utraque in extremitate, & opposita in situ intermedio, sed debilis saltus ad se prodendam, impressio in illo, ex refractione, quæ necessariò debet fieri pro tali situ, tantò sit debilior, vt saltus communiter notari non possit.

Secundò quæcumque cognoscuntur esse magneticè affecta, si debitè sint in aere suspensa, vel in humido crassiori natantia, determinatè ad Terræ polos alliciuntur; & quidem ita constituta, vt sic expeditam habere possint sui conuersationem, tam in dextrum, & sinistrum, quam sursum, & deorsum, per extrema sui axis Magneticæ, ad proximum polum latenter per extremitatem, prius ad regionem illius conuersam, inclinantur: sic in hemisphærio Septentrionali cuspidem deorsum ad polum Terræ Septentrionalem inclinant, in australi ad Australinum, circa æquinoctialem, polis velut in horizonte existentibus, versoria per sua extrema in illos directa velut horizonti parallela disponuntur, & in hoc experimen-

ta à



ta à multis iam annis accuratè repetita in itinere ab Europa in Indiam , & ab India in Europam , constantissimè conueniunt . Nè verò alicui in magneticis parùm exercitato sub-oriatur suspicio , quod depresso alterius extremitatis ferri taliter suspensi , quæ illi ostenditur ad Terræ polum latem infra horizontem , oriatur non tam ex inclinatione magna- tica , quam grauitate maiore , ratione cuius talis extremitas præpondereret alteri , quæ eleuatur ; statim iuxta supra notata immutetur directio magnetica virgulae versorij per magne- tem admotum , ut extremitas , quæ eleuabatur in oppositum situm , sit illa , quæ ad dictum polum deprimatur .

Quod si in multis Terræ maris que locis virgula ferrea versorij , & alia magnetica benè conuertibilia sæpius declinat , & quidem per multos gradus , à directione versus polos in orientem , & occidentem , hoc ipsum , ut mox ostendam , probat Terræ globum esse Magneticum , & à polis eius radios ma- gneticos propagari .

Tertiò ex legibus Magneticis , supra comprobatis , euiden- ter habetur impressionem , quam in dictis ferreis experimur , non posse esse à Cœlo : non enim à parte eius immobili v. g. polari , quia omnium sic affectorum in Europa , vbi notabi- liter polus Septentrionalis eleuatur , extremitas superior conuerti daberet in Septentrionem , inferior ad Austrum ; contrarium de facto semper fit , & extremitas superior all. cit cuspidem versorij , quæ dirigitur in Septentrionem , & infe- rior oppositam , quæ dirigitur in Austrum ; cum impressione recepta à polo cœli , deberet superior alicere eam , quæ di- rigitur in Austrum , inferior verò eam , quæ conuertitur in Septentrionem : conuersiones autem , quas de facto experi- mur , prorsus exigit propagatio radij Maguetici ad illa sic af- ficienda à polo Terra deducti . Multò minus talis impressio potest esse à parte cœli conuertibilis quidem aut ab ea supra horizontem existente sufficienter proueniret , & sic seque-

Bb ren-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

0 1 2 3 4

Kodak
Gray Scale

rentur eadem , quæ contra actionem à polo eleuato dicta sunt ; aut requireretur mora , secundum quam etiam infra horizontem excurreret , & in tali situ propagatio consequēs contrariaretur determinationi , quæ ab illa supra horizontem existente proueniret ; ita vt nulla in extremitatibus affectorum , per effectus magneticos internosci posset : similiter prouocatio iam affectorum non potest esse , aut à parte Cœli immobili ; quia ad eam eleuatam fieret illorum conuersio , dum habent expeditam conuertibilitatem sui , secundum sursum , & deorsum , quæ tamen stante eius eleuatione deorsum fit : aut à parte conuertibili , quia ad illam modo supra , modo infra existentem variarent conuersionem , quæ in eodem loco existunt , cuius oppositum constanter experimur .

Quarto constat talem propagationem radij magnetici , quæ causat impressionem determinatam in subiectis capacibus constanter retinendam , & secundum quam allicit iam affecta magneticè , nō posse tribui rupibus magneticis ; nam sicut , qui illas fingeret , non inueniret Magnetem in suo genere ita validum , qui ad alliciendum Versorium ferreum extenderet Sphæram suæ actiuitatis centies v.g. ultra extensionem sui axis (licet hæc mensura longè maior sit ea , quam in magnetibus , etiam ex colore , pondere , uniformitate partium utrumque , allicio ferri in magna mole contrà nisum suæ grauitatis inter optimos numeratis , experiri potui) multò minus posset tribuere rationabiliter rupibus , alterationi magneticis noxiæ expositis , extensionem suæ actiuitatis ad distantiam tot millium milliiorum , ad quam impressionem , & prouocationem magneticam experimur .

Aduerte autem ad propagationis extensionem in maiorem distantiam multum conferre maiorem extensionem axis magnetici ; ita vt multa magnetica , secundum virtutis in se directionem longiora multò , ad maiorem notabi liter distantiam propagationem extendant per de-

ter-

An, & quomodo Terra sit Magnetica. 195
terminatum allicium versorij manifestandam, quam multo
minus extensam produnt multo meliores magnetes, sed axe
directionis Magneticæ multo breuiori.

In particulari autem non posse tribui rupibus à polo Ter-
ræ notabiliter dissitis; nam in eodem climate illis proximo
circa Terram existentibus tanta appareret impressionis, &
conuersonis magneticæ varietas, ut alicubi versus polum, a-
libi in Orientem, alibi in Occidentem dirigi viderentur, ut
considerant patebit: hoc autem nullo modo evenire ex pu-
blicatis climatum, etiam polo vicinorum, lustrationibus
constat.

Neque rupibus Terræ polis proximis; nam vel in illas a-
xis Magneticus disponeretur à vertice ad imum, vel in trans-
uersum; Non primum, quia contra experientiam sub æqui-
noctiali nulla determinata pars affectorum conuerteretur
in Septentrionem, nulla determinatè in Austrum; siquidem
in tali facierum Magneticarum constitutione, radij opposi-
tarum directionum delatiui physicè coinciderēt in tali cly-
mate, & se mutuo impedirent, ne aliqua potius determina-
tio extremitatum spectaretur in conuersione, quam alia: at
verò ultra Aequatorem eadem cuspis versorij, quæ ci-
tra illum conuertitur in Septentrionem, conuerteretur in
Austrum; quia cum dictæ rupes essent hinc inde prope polos,
plura tota de se Magneticæ, rationabiliter in similis situ à
Terra ad Coelum, dici deberent similes facies habere direc-
tas, quo posito talis conuersonis Magneticæ varietas in
oppositis modo dicto climatibus spectaretur, quod pror-
sus notissimis experimentis repugnat, semper eadem verso-
rij cuspide tam citra, quam ultra Aequatorem, in Septentrio-
nem directa.

Non secundum, quia in eodem climate iter agentibus
circa Terram eadem cuspis, quæ in tali situ, prouocante ta-
li facie, in polum dirigeretur, in situ opposito præualente.

B b 2 facie

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale

<http://digilib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

[/start.htm](#)

facie opposita auerteretur; in situ autem medio nullā facierum notabiliter praeualente alteri, vt sit cum stylus ferreus directe accedit ad axē magnetis ē regione AEquatoris, nulla posset in determinationibus magneticis directio praeualere, & sic nulla apparere in ferreis baciliis, quantumuis in eodē situ diu erectis, nulla in versorio ferreo, quantumuis per accessum ad validum Magnetem affecto; quæ omnia, vt ex legibus magneticis euentura in talibus Rupium Magneticarū dispositionibus comprobantur, ita notissimis experimentis aduersantur.

Affero secundò in ipsa Terræ massa latente esse principali virtutem Magneticam, & à polis illius sibi correspondentibus eam propagari: propagationem autem radiorum magneticorum, quam experimur à Magnis continentibus Terræ partibus, supra mare eleuatis, secundum apices longitudinem illarum aliquomodo à Septentrione in Austrum terminantes, esse ab impressione in illis facta per radios à polis Terræ propagatos, & vt plurimum saltem refractos in ijsdem.

Supponendo ex ante probatis, quod Te. ræ massa sit subiectum magneticum, Probatur Affertio.

Primò quia quod pro aliqua profunditate latet ex ipsa, minus subiacet alterationi secundum eas qualitates, quæ ex dictis destruunt virtutem Magneticam etiam in ipso magnete lapide.

Secundò quia si magnæ partes Terræ supra Mare eleuatoræ obtinerent peculiariter vim magneticam, et agerent secundum illam, vt sibi independenter etiam à diffusione radiorum à polis Terræ convenientem, & essent de se propagationiæ radiorum magneticorum per extremitates, respondentes velut axi longitudinis ipsarum, sequeretur per huiusmodi extremitates ultra æquatorem in Austrum pertingentes allici extremitatem Versorij, quæ dirigitur in Austrum;


cum

An, & quomodo Terra sit Magnetica. 197
cum tamen ad caput Bonæ Spei extremitas Africæ, & ad fre-
tum Magellanicum extremitas Americæ alliciant cuspidem
Vesforij, quæ dirigitur in Septentrionem.

Leges autem magneticæ non solùm huic nostrę probatio-
ni assilunt, sed eius ultimam partem assertionis singulariter
stabilissimæ; per magnas. v. Terræ partes continentēs, supra-
mare eleuatas propagari radios magneticos, non vt per pu-
rè media; sic enim nullo modo diuerterēt extremitatem ver-
forij, quam alliciunt, à Septentrione; cum tamen antequam
deueniatur ad directionem longitudinis dictarum regionū,
notabiliter illam ab eo diuertant; sed vt per subiecta aliquo-
modo capacia appropriare sibi impressionem magneticam,
in quibus licet ex valida alteratione secundūm qualitates
primas, inimicas conseruationi illius, cui subiacent, sit pro-
pria virtus valdè debilitata; possunt tamen ab aliquo propa-
gante semper illis sufficienter applicato radij Magneticī per-
seueranter deriuari per illas, & ab illis aliquomodo per re-
fractionem secundūm propriam longitudinem sibi applica-
ri, vt iuxta talium radiorum à polis Terræ ad se directorum
accomodatam sibi impresionem, per extrema suæ longitudi-
nis pergit ulteriùs diffusio. Quare talis diffusio magneti-
corum radiorum per extremitates longitudinum in magnis
Terræ partibus, supra mare eleuatis, sic aliquomodo defle-
ctens à conformitate cum meridiano, sicut probat Terram
esse subiectum virtutis Magneticæ, & non purè medium; ita
euincit radios propagationis magneticæ, quibus dictæ par-
tes, tum declinationes, tum directiones extremitatum ver-
forij prouocant, à Terræ polis prouenire.

Affero tertio Inclinationes extremitatū Vesforij ad Ter-
rae polos non posse uniformiter procedere, vt iuxta gradus
Inclinationum determinentur latitudines regionum ab AE-
quatore hinc inde versus polos distantium: similiiter nec De-
clinationes, vt secundūm mensuram illarum determinari
pos-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

possint longitudines regionum , aut distantiæ nauigantium a continenti; ac proinde licet in Inclinationibus,& Declinationibus partium versorij seruantur leges Magneticæ ; nihi lominus Tabulas latitudinum , aut longitudinum regionum Terræ , & Tractuum Maris , non posse nisi ex accurata , & longa praxi confici , & confessas posse successu temporis e-
gere mutatione , & nouis obseruationibus .

Prima pars assertionis probatur primò , quia cum à polo ad polum reciprocè extendantur radij magnetici , quibus prouocantur extremitates Versorij ad Inclinationem ; & in situ proximiori polo prouocanti certam extremitatem illius , radij ab ipso procedant fortiores ; pro quo situ sunt debiliores radij à polo opposito prouenientes , & in oppositum aliquomodò , iuxta supra notata allicientes , ita vt versorum magis obediat directioni radiorum poli proximioris : in situ verò eidem polo minus proximo , radij procedentes ab eo minus fortes sint ; proueniētes autem ab opposito & ad oppositum allicientes , sint minus debiles in situ ab illo tantò minus remoto , quām ante ; apertè sequitur non posse per a-
quales gradus in quadrante à Polo ad AEquatorem seruen-
te designatos distribui mensuram Inclinationis ; ita vt iuxta gradus Inclinationis indicatos ab extremitatibus versorij in illo , dicatur talis Terræ , Marisque tractus , tot gradibus ab AEquatore distare ; minus enim his positis obtemperat ra-
dio Poli præualentis extremitas Versorij prope AEquatorē , quām longius ab illo , quare ad variandam per gradum In-
clinationem multò plus spatij requiritur prope AEquatorē , sicut prope Polum , multò minus ; nec satis est diuinando vel-
le id determinare , aut per experimentum globi Magnetis alicuius ; cum proportio inter illum , & Terram in Sphera
actuitatis , iuxta proportionem partium utriusque ad propa-
gationem , & intensionem qualitatis magneticæ in utraque
determinanda , constare non posse ; & ex supradictis habeat-
ur ,



An, & quomodo Terra sit Magnetic. 199
tur, aliter decrescere actiuitatem magnetici intensius affe-
cti, aliter remissioris in virtute magnetica.

Secundò cum eadem extremitates longitudinum in ma-
gnis Terræ partibus supra mare elatis, quæ tam notabiliter
diuertunt versorium à linea meridiana, alliciendo eius cu-
spidem v. g. ad se, pariter allicant eamdem partem versorij,
quando ita appensum est, ut non solum in dextrum, & sin-
istrum, sed etiam secundum sursum, & deorsum possit suas
extremitates dirigere, poterunt etiam immutare mensuram
Inclinationis, vt ea notabiliter discrepet à vera dispositione
regionum ab AEquatore ad Polum.


Ex obseruationibus repetitis peritorum ultra AEquatorē
nauigantium iam constat communī consensū mensurā In-
clinationis ultra, & citra AEquatorē non cōuenire inter se.

Secunda pars probatur, quia nauigantibus ad latera ma-
gnarum Terræ partium Americæ, & Africæ v. g. versus ex-
tremitates longitudinis illarum, ad fretum Magellanicum, &
Caput Bonæ Spei constitutas, crescunt Declinationes ver-
sorij à Meridiana, cum verò perueniant ad huiusmodi extre-
mitates in Meridiana ferè constituuntur ob aliquam refra-
ctionem radiorum à Polo prouenientium secundum conti-
nentum longitudinem factam; possunt verò cum meridiana
coincidere, vbi tantisper à directione longitudinum talium
régionum recesserunt, diuertendo verò magis, iterum cre-
scunt Declinationes: At verò inter Europam, &c. & Ameri-
cam velut medio situ versorum collimat in Septentrionem,
& Austrum, vbi dum diuertentes radij ad positiones opposi-
tas velut ex æquo pugnant, præualent qui dirigunt deter-
minatè in Polos.

Aduerte autem quod ex lege magnetica extremitates lo-
ngitudinum, in magnis continentibus respicientes Polum
arcticum, necessariò repellunt cuspidem versorij, quæ in di-
ctum Polum obuertitur, si quidem continent faciem simile-

cum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

/start.htm

cum illa; sicut extremitates oppositæ respicientes Antarcticum eamdem cuspidem allicitunt, quia radius magneticus, à quo in dictis continentibus fit impressio, constituit in illis faciem dissimilem dictæ cuspidi versorij; ac proinde nō solū dum varie allicitunt extremitates versorij, sed etiam dum varie repelluntur, necesse est variari Declinationes illarum à Meridiana; atque adeo euenire potest, vt dum acceſsus fit ad aliquam regionem cuspis ad illam, vel in illa tātū diuertat à meridiana, quia diuersionem augeat repulsio cupidis, ab aliqua extremitate continentis, per radios à facie simili illuc usque notabiliter propagatos.

Cum igitur istæ Declinationes tantam subeant varietatē per extremitates versorij notabiliter tam variè alleetas, & repulsas ab extremitatibus longitudinum magnarum Terre partium supra Mare extantium, nec certis inter se distantijs dispositarum, nec determinatā iuxta distantias mensurā aetuitatis inter se comparabiliū, impossibile est confitue-re mensuram certam, per quam ex Declinationum secundū gradus equaliter designatos discrepantia mensurentur distantiae regionum à certo meridiano, & illarum in globo Terræ ad illud comparatarum cognoscatur ex Declinationibus versorij, in gradibus quadratis modo dicto distributis, certa dispositio.

Tertia pars constabit cōsiderantibus leges Magneticas, & conferentibus eas per accuratas obseruationes non solū cum extensionibus continentium à Septentrione in Austrū, sed etiam cum situ illorum, & correspondentiā ad Polos, & ad inuicem, cum potentia impressio magnetica tum in singulis de se, tum in collatis ad inuicem: ab his enim omnibus, quæ requirunt experimenta à pluribus, & peritioribus repetita, & magnam tractu temporis recipere possunt variationem, pendet varietas Inclinationum, & Declinationum Magneticarum, & non à sola mensura linearum deductarū

per

per maximam extensionem regionum à Septentrione in Austrum, & in certas partes diuisarum.

S E C T I O I X.

Inter prima corpora mundum constituentia,
Cælum per suos polos constanter ad Terram
dispositum, esse primum propagatum virtutis Magneticæ; Terram autem esse primum
susceptium, cui ab eo illa imprimitur.

Asfero primò Terræ globum inter prima corpora integrantia vniuersum non esse solum magneticum, neque primum diffusum radiorum Magneticorum.

Prima pars assertionis probatur primò, quia, iuxta supra constituta, experimur ex vna parte radios magneticos à polis Terræ diffundi, ad regiones quantumcumque ab illis distantes, allectiuos versorij, & impressiuos virtutis magnetica ferreis, pro sufficienti mora super illam, determinato situ suarum partium, eretis; & distantia à polis quantumuis in Terræ ambitu aucta, vel imminuta non notatur mutatio potentiae in huiusmodi radijs ad dictos effectus præstandos; ergo vis Magnetica in Terræ globo horum radiorum diffusiva valida est; cum debilioris magnetici sphæram diffusionis experiamur non solum esse breuiores, sed etiam pro modica variatione distantiae sibi proportionatæ notabiliter in vigore minui, vel augeri; & debuit esse talis, vt iuxta finem illi præscriptum esset constitutiua Cardinum Terræ, & ex se sistitiua illius in tali situ ad excipiendas actiones luminariū cæli, conuenienter dispositioni viuentium à conditore ordi-

CC nate,

nata, ut melius constabit ex dicendis sequenti.

Ex alia parte in nulla regione, etiam ex vicinioribus Polo, agnoscitur, virtute radij Magnetici ab illo diffusi, ferrum nullum etiam suspensum diuerti per suum centrum grauitatis à linea perpendiculari, per plumbum filo suspensum proximè designata, secundùm quam graue de se inclinat deorsum: ergò signum est eam neque magnetibus maximè debilibus æquiparari.

Sed radij magnetici ad istos effectus sunt ijdem, & est vna eademque virtus in illis eorum operativa, quæ in alijs magneticis crescit simul, vel decrescit ad eos exhibendos; ergò impossibile est vt de se sit potes in ordine ad aliquos eorum, ad alios ex ijs velut nulla; ergò datur impedimentum, quod relictæ extensiōne sphæræ diffusionis allœctiua, quod ad effectum directionis versorij, non immutata, eriam pro maiori, & distantia vel propinquitate, obstat ne fiat vi illius diuersio ferri suspensi à perpendiculari, secundūm quam graue deorsum inclinat.

Sed, ex dictis, huiusmodi impedimentum non potest esse nisi à radijs magneticis ab alio Magnetico in opposita directione propagatis, qui in eodem medio, & subiecto talem ponentes directionem minus intensam, ratione tantò maioris distantie, non sinunt aliam exercere effectus Magneticos nisi secundūm excessum, qui in extensiōne magna exiguis esse potest in radio, alioqui simpliciter valido, & de se in magna extensiōne, quod ad intensionem, parum decrescente, ergò datur aliud ex maioribus corporibus vniuersi diffusum virtutis Magneticæ præter Terram.

Et verè admisso cælo ut magneticō influente, radij ab eius polis ad Terram prouenientes, sicut sunt in directione conformi ei, secundūm quam in Terra recipitur vis Magneticæ; ita sunt in directione contraria ei, quam pro eodem spatio deferunt radij à polis Terræ retrò faciēs propagati,

qui-

quibus apud nos ferrea afficiuntur, & alliciuntur. Tertius
Probatur secundò, & fortius ratione, quam mox pro se-
cunda parte afferemus.

Tertiò quia cum iuxta dispositionem conditoris consti-
tuendi essent Cardines in globo Terræ, alioqui de se in suis
partibus homogēno, sicut illi conuenientissimè constituti
sunt per virtutem Magneticam, quæ afficiendo homogeneè
partes, determinat tamen polos in toto ad motiones, & con-
sistentias, propagationesque magneticas; ita ad hoc ut illa
secundū sibi propriam rationem cardinū exerceret, quan-
tum est de se, talem consistentiam in Terra, necessarium
omnino fuit dari aliud Magneticum in vniuerso, cum quo
secundū polos suos Magneticos consistente, ipsa exerce-
ret talem consistentiam, vt constat ex dictis de fine proximo
motionum, & consistentiarum Magneticarum.

Dices primam probationem prorsus euerti experimento
obvio in ferreis, quæ ex diuturna erectione in determinato
situ suarum partium receperunt impressionem Magneticā
radijs per Terræ polos ad ea diffusis, & secundū eam ma-
gneticè operantur; hæc enim multū possunt in alliciendo,
& dirigendo ad suas extremitates versorio ad magnam di-
stantiam, minimum tamen valent contra inclinationem
grauitatis ad tendentiam deorsum, vt vix aliqua, & ne vix
quidem plurima, ex vi suæ impressionis magneticæ, retine-
re possint exiguum ferri ramentum, contra nisum grauitatis
illius deorsum; cum tamen huiusmodi ramentis Magnetes,
debiliores in alliciendo versorio, passim se vestiant.

Sed si ritè hoc negotiū expendas, agnosces satius esse, (cū
eiusdem prorsus Magneticæ virtutis sit utrumque præstare,
dirigendo ab se versorium, & ferrum prouocando, vt Ma-
gnetico, contra suæ grauitatis inclinationem detentum
adhæreat) vt tu mecum idem dicas de huiusmodi experi-
mento in istis, quod dictum est in prima probatione de simi-

br

Cc 2

libus

libus in Terræ globo , impediri proportionaliter à directio-
ne contraria radiorum Magneticorum ad idem spatium ab
alio Magneticō diffusorum .

Secunda Pars Assertionis probatur , quia illud est primū
diffusuum virtutis Magneticæ , cui per se conuenit modus
proprius diffusionis talis virtutis , non verò illud , cui is est
incongruus ; sed talis modus proprius diffusionis per se con-
uenit complectenti intra se subiectum capax impressionis
magneticæ , ad quod ipsum est diffusuum illius ; Terræ autē
globo prorsus est incongruus ; ergo illud est primum diffusum
virtutis magneticæ , non Terræ globus . Maior est e-
videns ex terminis . Minor constat ex eo , quod cum à polis
Magneticis , ut supra ostendimus , diffundantur radij Magne-
tici intra ipsum corpus magneticum , directio , secundum
quam illi deferunt virtutem , est prorsus opportuna afficien-
do subiecto contento intra illud , & ad continens in tali di-
rectione sistendo , ut statim apparet ; at verò incongrua , &
inimica globo magneticō habenti iam in sua massa interna
directionem magneticam in situ opposito , cum ex dictis
certum sit , magneticā totis viribus refugere radios deferen-
tes directionem magneticam in situ opposito ei , secundum
quam illi sunt in se præ affecta .

Dices si daretur tale corpus magneticum in constitutio-
ne vniuersi præter Terræ globum , quod esset primum Ma-
gneticum , directio magneticā iure dicenda esset multò va-
lidior esse in radijs ab eo propagatis , quam sit in radijs , à
Terræ polis prouenientibus ; & ita apud nos sequerentur
effectus magneticī , ad illius polos , non verò Terræ conuer-
sui , cuius oppositum claris experimentis sect . præcedenti
firmatum est .

Solues huiusmodi nodum , si attendas continentem Afri-
cæ , supra Mare eleuatæ , per extreum suæ longitudinis a-
ctuum ad caput Bonæ Spei , & allectuum cuspidis versorij ,

ad



ad se diuertendo illam à directione radiorum, qui à Terræ polis eò usque propagantur; & compares ad interiorem totius Terræ massam, per suos polos propagatiuam radiorum magneticorum, per quos in eadem sec. ostendimus Africæ continentem affici, & aliquomodo suæ longitudini per refractionem accommodatos, fieri pertale sui extreum propagatiuum: agnosces enim subiectum à remotiore, & potentiore magentico affectum, facta in eius extremis conspiratione plurium radiorum exceptorum ad ulterius propagandum, posse ratione vicinitatis propagationi potentioris, sed remotioris, pro tali situ aliquomodo præualere.

Affero secundò, vim Magneticam in Terræ globo non prouenire à propria forma, sed à Magneticō primo cælesti diuerso ab alijs corporibus cælestibus, quæ admittuntur, tāquam continentia intra se mundum a nobis dictum elementarem, quod semper per suos polos illi corresponeat, & in illam influat, vt subiectum primò destinatum recipienda impressioni Magneticæ, & retinenda, ad constituendam cum illo primam mensuram dispositionis eius in recipiente, & propagante.

Prima pars probatur, quia cum ex una parte propagatio radiorum magneticorum, iuxta dicta, pertingat à cælo primò Magneticō ad Terram; intra eius complexum existentē, & capacem virtutis magneticæ ad effectus magneticos exercendos in se recipienda; & consequenter, iuxta directio-nes inter magneticè affecta, detur correspondentia inter polos illius, & ipsius. Ex alia parte Terra non sit lapis Mag-nes, cuius solius formam sicut possumus experiri virtutis Magneticæ peculiariter seruatiam, contra oppositas direc-tiones radiorum ab alijs propagatorum, ita rationabiliter agnoscamus ut productiuam illius: quod negamus formis ferreorum, cum quibus illa, inter alias corpora, sunt quidem peculiariter susceptiua, & retentiua qualitatis Magneticæ

ad

ad effectus proprios secundum illam exercendos; sed nullo modo conferuatiua illius contra actionem propagantium in opposita directione, & nullo modo reparatiua illius immutæ, post remotionem agentis, cuius actione est immutata; quare sufficit ad talem correspondentiam cum cælesti magnetico, & consequenter debitam cum alijs cælestibus constanter seruandam, & alios magneticos effectus exercendos, si dicamus tam sic esse capacem impressionis ab illo; cum præsertim hoc determinate nobis indicet sapientia Conditoris, quæ a formatione Terræ separat dispositionem fluminum in illa; tum subdit constitutionem cardinum in eadem quasi illi, post substantiam, & accidentia illam conaturaliter consequentia, adiunctam; dum ait P. ou. 8. (adhuc Terram non fecerat, & Flumina, & cardines orbis Terræ) agnoscens, & appellans sicut in Cœlo, ita in Terra Cardines, super quos alibi dicitur orbem posuisse, & hæc dicta diuinitis a nostrâ sententia sincere explicat; & ipsa eam mi-
re confirmant.

Probatur secunda pars, quia sicut virtuti Magneticae in Primo propagatio conuenit conspiratio omnium partium Magnetarum ad diffundendos radios magneticos à certis signabilibus in faciebus oppositis illius; sic enim illud est in certo situ diffusuum, determinatè prouocatum alterius magneticè affecti ad se, iuxta finem virtuti magneticæ præstitutum; ut sit constitutiua cardinum in Mundi partibus extremis, per eam velut arcano Axe connexis; dum prima ex sua perfectione continet, & influit, secunda vero, pro sua indigentia contēta, sic disponitur ad correspondentē, & stabilem influxuū receptionem; prima per certā situationē suę substantiæ magneticæ affectæ, ita illi in primo passo conuenit dispositio radiorum susceptorum obsecundans axi longitudinis per sua extrema ad illud directæ, & per illa confimiliter diffusiuae: ex quo appetet ratio dispositionis radiorum,

Ma-



Magneticorum in alijs susceptiuis secundū extensionem
in longum substantiæ illorum, & refractionis, quæ ad obti-
nendam huiusmodi dispositionem, datur in progressu radio-
rum intra illa.

Dices primò, quæ necessitas constitueret cœli primo Ma-
gnetici diuersi ab alijs, qui admittantur circumpositi Mun-
do elementari?

Si aduertas mutari correspondentiam polorum Terræ
magneticorum cum polis cœli, cui dicantur stellæ fixæ esse
affixæ, & consequenter aliorum, qui inferiores ponerentur,
facile agnosces primò, eos non esse primò magneticos, ex
quorum influxu per suos polos Terra Magneticè afficiatur,
& magneticè cōsistat; quare nec flario à cœlo superiori Ter-
ram sic affici, & ex correspondentia constanti cum illo, ad
mutationem, quæ fiat in alijs admissis, non connuere. se-
cundò, dato tali primo magneticō supra Sphærām fixarum,
nec ipsam nec inferiores, quæ admitterentur posse dici con-
uenire cum illo in substantia, quia essent pariter magnetice;
immò esse purè media ad transmittēdos radios Magneticos;
alioqui vel magneticae de se, vel per impressionem ma-
gneticam receptam actiuae, præualere possent ex maiori vi-
cinitate polorum suorum ad Terram; & ita non esset diuer-
sio notabilis polorum Terræ ab illorum polis, quæ de fa-
cto est.

Dices secundò parum acceptum futurum huic ætati cæ-
los etiam ex actione magnetica multiplicari, quæ omnes
Spheras Planetarum sustulit, singulariter animaduerso Mar-
tis infra solem descensu.

Sed nulla mecum lis erit, qui bis Martem in apparentia
sui velut dimidiatum clarissimè, & constanter aspexi in infe-
riori ad solem aspectu quadrato, vt aiunt, & ab eo conse-
quenter disseatas imaginationes soliditatis cœli Planetarum
agnoui; qui admissa quantumvis Sphæra fixarum, nullum-

præ.

præterea supra illam cælum solidum, & mobile multiplicandum censeo : quia licet motus, velut mixtus dispositionis fixarum, sit resolubilis in plures velut simplices, inuicem conuenientes ; multò rationabilius illi soli, vt proprius conuenire dici debet, quām ab alio cælo; cum in ipso corpore solari motus eius à me sèpius notatus , (iuxta doctrinam Patris Christophori Scheineri nostrę Societatis, nō à librorum, sed syderum inspectionibus comprobatam , cui ob hoc debebit tota posteritas erudita) apertè cognoscatur circa proprium centrum eius ita disponi , vt sit resolubilis in duos velut in oppositum ordinatos , alterum velut menstruum spatio 26. dierum circiter absolutum, alterum annuum polorum illius, qui magneticum agnosco cælum continens reliquæ corpora vniuersi, facta per vim magneticam ab extremo ad medium vtrinque connexione , velut per axem Mundi, ex qua talis extremi corporis virtus in Terram influens apertè cognoscatur, non vero per alia, quæ per alias causas inferiores rationabilius explicantur ; cuius coeli soliditatì , & conformatiōni, neque corpora subtilitatis dote donanda obſtare possunt, neque alia de eo dicta; a melioribus ut symbolica explicata.

Dices tertidū quomodo virtus, propria lapidi decolori, obscurō, vili apud nos, potest perfectissimo inter cœlestia corpori attribui rationabiliter? Vide ne Soli vim illuminandi ab roges, quia in caudis vermium reptantium , & volitantium cicindelarum agnoscimus lucidum principium illuminationis.

Melius confirmantur prædicta per ea, quæ subiungentur fect. seq.

S E-



SECTIO X.

*Ad quid sit virtus Magnetica in Terra
à primo Magnetico cælesti.*

Aspero primò collatam esse Terræ determinandis in ea Cardinibus ad obtinendam stabilem correspondentiā Cardinum primi Magnetici cælestis, determinandis consequenter Climatibus in illa, ad excipiendas reliquas cælestium influentias, conuenienter degentia videntium, cui a primò Conditore destinabatur.

Probatur simul & explicatur assertio. Destinabatur Ter-
ræ globus ad conuenientem degentiam viuentium cum cer-
ta climatum dispositione, ad recipiendam sub tali tempestati-
vum varietate, sed constanti, actionem cælestium conditio-
ni degentium necessariam, vel congruentem; huic fini con-
uenientius fuit illam aptari per aliquid sibi intrinsecum,
quod stante eius homogeneitate determinaret in ea talem
per suas partes in certo situ correspondentiam ad cælestia
corpora: cui muneri aptissima fuit qualitas magnetica, que
cum sit pariter homogenea, nihilominus est determina-
tiva polarum in partibus oppositis sui subiecti, & secun-
dum illos sic; sicuti illius ad determinatos polos alterius
Magnetici, intra cuius actiuitatis Sphærā reperitur. consti-
tuto igitur tali corpore cælesti, intra cuius ambitū Terra co-
tinetur, pariter magneticè primo determinato, & influente in
illā, illa sic affecta suis polis ad polos illius, pereamde virtutē
determinatè, & constanter dirigitur, & consequenter aliæ
partes quantum est de se ad constantem correspondentiam
secundum climata dispositæ consistunt. Sic Sapientissimus

Dd Con-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



Conditor vniuersi Terram , alioqui de se indifferentem , determinauit ad congruentem cum cælestibus connexionem; & per hanc virtutem , cuius ea natura sua est susceptiuæ facta conuenienti radiorum magneticorum à cardinibus cæli Magnetici diffusorum, & retractorum intra eam appropria-
tione, constituit in ea cardines , illis constanter correspondentes , quibus ita consisteret , vt factis licet mutationibus, quæ , ex varietate tempestatum per accessum , & recessum luminarium à climatibus oppositis , vel ex alijs causis naturalibus , viderentur posse mutare suarum partium æquilibrium circa medium primò constitutum , ipsa tamen nunquam inclinaretur iuxta illud effatum (fundasti Terram super stabilitatem suam, non inclinabitur, &c.

Prima pars assertionis probatur à fortiori ex supra constitutis sc̄ct. VI. quia si talis virtus inter ipsa Magnetica nullam exercet determinatè situationem, nisi sint intra Sphæram actiuitatis magneticæ constituta, & extra illam nullam determinatè refugit vel elongationem totius, vel auersionē cuiuslibet partis vnius ab altero ; sed pro quacumque situatione respectu illius indifferenter se habet; quia nulla est quæ ipsi ut magneticō sit melior , nulla quæ sit deterior : tanto minus nullo dato corpore Magneticō quod Terræ correspondere possit in vniuerso vliam determinabit vel consistentiam totius, vel partium conuercionem in illa; cessante in tali suppositione prorsus, & per se fine proximo omnis consistentiæ , vel motionis Magneticæ , ex cuius cessatione per accidens per elongationem, qua vnum Magneticum fit extra Sphæram actiuitatis alterius , vis Magneticā inter ipsa actu Magneticā nullam consistentiam totius, vel conuersiōnem certarum partium exercet, nullam remotionem totius vel auersionem illarum impedit.

Secunda Pars probatur, quia cum, ex lege magnetica supra constituta , talis virtus , à quocumque polo Magneticī

pro-



Vis Magn: Terram dicitur solum in medio. 211
propagetur, sit virtus duarum directionum, per quam su-
biectum affectum, sicut per certam directionem suarum par-
tium inclinat determinatè versus polum, à quo ad se virtus
diffunditur; ita secundùm earumdem oppositam directionē
inclinat ad polum oppositum; necessariò sequitur, quod si
hinc inde à duobus polis Celi Magnetici continentis globus
Terræ afficitur, per directionem certam omnium suarum
partium ita inclinet ad polum eius Septentrionalem, cuius
radijs magneticis secundūm talem directionem occurrit, vt
per earumdem omnium suarum partium directionem in-
oppositum inclinet ad polum Australēm, cuius radijs ma-
gneticis pariter occurrit secundūm illam. Dum autem ab
illis virinque æqualiter afficitur, & prouocatur, ad utrum-
que æqualiter inclinet, vt sic sui perfectius, secundūm vir-
tutem Magneticam; & ita per eam sic acquisitam, & benè se
habentem in situ medio inter illos ex inclinatione magneti-
ca conquiescat.


Non potest autem esse rationabilis suspicio, quod positā
correspondentia Terræ per suos polos cum polis cœli Ma-
gnetici, ipsius partes hinc inde ab AEquinoctiali versus illos
dispositæ, ex inclinatione ad illos nō tantur dividere globum
ipsius; cum omnes partes in toto magneticō secundūm
utranque directionem, quam vi magnetica possident, in u-
trumque inclinent, & sit prorsus falsa ista partitio inclina-
tionum, qua incipientes ab AEquinoctiali magneticō hinc
inde ad polos dirigantur.

Tertia Pars probatur, quia constituta Terra, vt probau-
mus, in axe magneſico cum Cœlo Mundum continentem, dū
illud tota sua mole tam vasta similem motum non peragit,
quem neque facile est fingere, neque Terra à corresponden-
tia cum polis illius diuertere naturaliter potest, nec à me-
dio influentiæ illorum recedere.

Etdi vis aliquomodo agnoscere, quantum positio Pytha-

D d 2 go.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



gorica elongetur à veritate, cogita quanta sit diameter circuitus, quæ tribuitur in vera positione Soli circa Terram motu annuo per Zodiacum, posito præsertim excessu distâcia in Apogeo per æstatem, quem de facto dari, nouo experimento Tubi optici, traiicientis in opositum planum discū solarem cum maculis, oculatissimus aduertit Pater Scheiner, & nostra Optica breui, ut spero, edenda addita demonstratione comprobabit.

Affero tertio vim magneticam non esse in globo Terræ ad impedientiam conuolutionem, qua, retenta per suum axem correspondentia ad Polos cœli magnetici, videretur aliqui posse in se ipso exercere motum diurnum, absolutè soli circa ipsum tribendum.

Probatur assertio, quia in suo subiecto per se vis magneticæ consequitur suum finem proximum, disponendo illud per suos axem & polos conuenienter ad aliud similiter affectum; sic enim cum tali dispositione ad illud iuxta constituta seest. VI. benè se habet quatenus magneticum est; quod si alicui tali subiecto ulterius, ut habet alias qualitates connaturaliter adjunctas, & iuxta alios fines, ad quos in constitutione vniuersi conuenienter ordinatur, alia bona debentur, virtus Magnetica ad illa, non nisi per sui finis proximi consequationem concurrit. Sed potest hic finis proximus haberi, etiamsi retenta eadem dispositione sui axis, & polorum ad polos alterius Magnetici influentis, circa talem axem, & polos ipsum per suas partes volvatur; Ergo vis magneticæ non est de se impeditiva talis conuolutionis.

Quod autem experimento, facilius in lapide magnetæ spectabili, a viro eruditissimo, naturæ inspectore est obseruatum, quod secundum planum sui determinatum magnes se conuertat, & situet in Meridiano cuiuscumque regionis, si per axem in linea verticali constituatur; immo polo eius, in Septentrionem verti solito, sursum erekto certæ eiusdem partes



Vis Magn: Terram d^{icit} net solum in medio. 2 1 3
tes conuertatur in Occidentem, quæ eodem deorsum verso
semper consistebant ad Orientem; non probat virtutem
magneticam per se operari constantem correspondentiam
per aliud, quam per signabilia, quæ in oppositis faciebus ma-
gnetici per se determinantur; sicut enim magnetica non
diffundunt radios magneticos per illam, nisi à polis, ita non
nisi secundum illos exercet per se correspondentiam ma-
gneticam inter se.

Atque id probauit dicta sect. VI. in qua reddidi rationem
dicti experimenti, quam confirmatam clarè cognoscet à se-
cunda parte illius; verè enim refra^{tio} radiorum magneti-
corum à Terræ polis diffusorum ad massam, ex qua forma-
batur Magnes, quæ tunc facta est in plano lapidis congruē-
ti Terræ meridiano, secundum sursum & deorsum præcisè, in
partibus verò extra meridianum etiam aliquomodo in dex-
trum, & sinistrum, & quæ videtur determinare tale planum
vt adsitum in meridiano Terræ se consequenter accomodet;
postulat etiam vt fiat talium determinatarum lapidis partiū
conuersio in Occidentem, eretto sursum polo verti solito in
Septentio[n]em, quæ eo deorsum verso consistebant ad Oriē-
tem, vt apertè consideranti patebit, Facta vel leui designa-
tione radiorum modo dicto refractorum secundum sursum,
& deorsum. Quare tales determinationes non existunt per
se a vi magnetica in suo subiecto, neque illa per se exercet
correspondentias secundum illas: imò si lapides huiusmodi
possent secundum suum axem Magneticum constitui in eadē
directione cum axe Magne^{tico} Terra, nulla fieret secundum
huiusmodi partes in illis determinata consistentia; quia in
orbem essent dispositi circuli meridiani, in quos tale planum
quomodo cumque conuersum æquè incurreret; sicut de fa-
cto longè a polis indifferenter consistit in meridiano cuius-
cumq; regionis.

S E.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



S E C T I O X I .

*Ad quid sit vis Magnetica in Terræ globo
iuncta Grauitati.*

Assero primò grauitatem esse in aggregato ex Terra, & Aqua non solum ad constitendum illas in medio intra leuiora, sed etiam ad sistendum; & quidem resistendo tā impulsui, quo vrgerentur ad recedendum ab illo, quam impulsui, quo propellerentur in gyrum in eodem.

Ad probationem primæ partis præmitto, quod licet grauitas in maiori perfectione videatur esse in Terra, quam in Aqua; eius tamen natura tūm respectu totius, tūm respectu partium melius dignosci potest in Aqua, quia hæc, obfluxibilitatem, ei melius obsequitur ad dispositionem partium, & totius.

Licet igitur Aquæ de se spectatæ prodesset ad conseruationem sui, maxima suarum partium propinquitas, exclusiva admixtionis contrarij inter illas, sub minima superficie in figura Sphærica, sic minimè exposita actioni contrarij, quam affectat, & obtinet in minoribus guttis, dum particulis inferioribus illarum, secundūm rotunditatem eleuatis, parum oneris à superstantibus imponitur: grauitas tamen ita illam inclinat ad medium intra leuiora, vt non nisi per correspondentiam ad illud talem partium eius propinquitatem, & conformationem in toto aut faciat, aut patiatur. Quarè nou solum factis paulò maioribus guttis, addito per vltiorem infusionem humido, incumbente particulis inferioribus ante eleuatis, eas deprimit, & peculiari in ijs figura Sphærica abolita, ad medium magis vrget; sed etiam in mole illius tam



tam ingenti, vt in se conuenientem toti aquæ conformatio-
nem exhibere posse videatur, adeo causat approximationē,
quam potest, ad medium, vt omnino subsidere cogat, & nul-
la propria figura exhibita, conformari cavitatis Terræ, in-
tra quas defluit. quod si in extremitate aëri proxima exhi-
bet aliquid superficie Sphæricæ, id præcisè sequitur ex ma-
ximo accessu illius ad medium; dum enim, partibus inclin-
antibus ad illud tota suæ grauitatis potentia, non sit con-
fistentia, donec fiat æquilibrium inter illas, ex eo est illa ter-
minatio superficie superioris: quomodo Aqua intra Terram
cum illa constituit velut globum integrum; vt conuincitur
ex vna velut integra rotunditate Vmbra, quæ cernitur in
Luna patiente Ecclipsim, ex interpositione noui soliū Ter-
ræ, sed etiam Aquæ inter ipsam, & Solem illustrantem, cu-
ijs radij, vt magnam aquæ molem peruadere non possunt,
ita si aliquam non ita magham in globum cōformatam per-
uadant, paulò post vnitū ita consequenter disperguntur, vt in
distantia notabili, globi aquei vmbra non sit internoscibilis
ab illa, quām ipsæ partes Terræ, oppositæ illustranti, exhibet.

Quod autem partes Aquæ per suam grauitatem inclinent
ad medium intra leuiora; non autem ad medium Terræ
vt sic, videtur constare, quia cum Terra ratione siccitatis sit
inimica Aquæ, & hæc ab ea ita refugiat, vt in minoribus suis
particulis, minus superstantium onere grauatis, assurgat e-
levata in globulos supra illam; non potest sua proprietate
connaturali directè inclinare ad diffusionem supra illam,
etiam cum suarum partium dissipatione; potest autem dum
inclinat ad locum suæ conseruationi conuenientem, mediū
intra leuiora, per grauitatem; & accedit ex tali inclinatione
ad eum quantum potest, inuenta Terra rotunda ei circum-
fundit, vt cum primò condita est, illa verò excavata cavitati-
bus infundi, ita enim quærendo proprium bonum quantum
potest per connaturalem sibi grauitatem, seruit dispositioni

con-

conuenienti Vniuerso , & fini à Conditore illi sapientissimè præscripto , cuius Prudentia ita peculiaribus corporum inclinationibus vsa est, vt in earum vsu appareret, non tam ab ipsis conspirantibus mundum coaluisse , quam ab Artifice dirigente fuisse compositum .

Rursus operatur grauitas in singulis partibus humidi, in quibus est, imprimendo impetum , quo singulae vrgentur quantum fieri potest ad medium, non solùm quando fit motus partium in toto, & non nisi factò æquilibrio in tali vrgētia fiat quies illarum in ipso; sed etiam quando fit motus totius integri, vel continui: centrum autem grauitatis est signabile, circa quod sicut sunt dispositæ partes in grauitate æquales; ita, cum fit motus talis totius, sunt æqualiter dispositi partiales impetus, illarum ad sic mouendum totum conspirantes.

Idem proportionaliter operatur grauitas in Terra , nisi quantum continuitas cum duritie impediret in illa motum partium in toto. Specta graue in maiori mole terminatum superficie æquabilisper planum s'mile inclinatum ; & agnoscet, quod Terram contingens, vltierius intra , seu quod idē est, infra leuiora sua grauitate nititur; cum tamen si ad Terram præcisè tenderet, non haberet post approximationem cur vltierius moueretur.

Grauitas igitur vniuersaliter loquendo , iuxta exigētiam naturæ grauium , & conuenientis dispositionis illorum in Vniuerso, inclinat ad constituenda ea infra leuiora, quia sic ipsa, & Vniuersum melius per se loquendo disponuntur; ratione autem inæquabilitatis in grauitate ob maiorem vel minorem densitatem grauium , minus grauia respectu magis grauium se habent vt leuiora; & sic illa infra hæc nituntur, pro viribus suæ maioris grauitatis collatis ad impedimenta , quæ ex proprijs corporum conditionibus possunt, etiam omnino sistere motum illius .

Nec



Grauitas Terrā sistat, ne cōvoluatur. 217

Nec ullum fundamentum est asserendi reliqua grauia ad Terram ferri, quia ab illa magneticè alicantur; cum grauissima aurum & argentum viuum nullam magneticam diffusionem aut impressionem receptam, & secundūm illam nullam magneticam directionem aut consistentiam habere certissimo constet.

Et ex his Prima Pars assertionis videtur sufficienter stabilita.

Ad probationem secundā Partis Aduerto, graue repugnantiam habere ratione grauitatis, vt moueat, & non deorsum via breuissima; constat quippe requiri vim extrinsecam, vt moueat quantumuis deorsum, & non via breuissima; & maiorem, vt in tali motu recedat magis à perpendiculari, & consequenter multò maiorem, vt moueat horizontaliter; quamvis in tali motu non recederet à medio. Licet autem graue descendens non habeat solum grauitatem, sed impetum productum ab illa, & quidem pergenter vterius descensu crescentem, & quantum potest ratione sui inclinantem ad medium via breuissima; ac proinde resistente diversioni ab illa. Nihilominus non ille solum, sed grauitas resistit diversioni secundūm quid ab eadem; cum non solum impetus à grauitate productus, sed ipsa de se grauitas resistat diversioni simpliciter, per quam nitimur graue eleuare: ac proinde quamvis requiratur maior vis ab extrinsecō ad diuertendum graue descendens à via breuissima suae inclinationi conformi; aliqua tamen requiritur etiam ad diuertendum graue quiescens, pro conditione grauitatis in illo; ita vt illud non solum ratione impetus à sua grauitate producti, sed ratione grauitatis ipsius exigat, vt impetus à vi extrinseca sibi impressus, secundum directionem aliquo modo oppositam suae inclinationi, non duret, sed languescens tandem deficiat: Sicut non solum ratione impetus à grauitate producti; sed ratione etiam ipsius

Eē gra-

grauitatis resistit impressioni illius; cum etiam, quando in quiete vngitur à vi improporionata, per solam grauitatem, sine illo, resistentiam exerceat.

Et ex his probatur secunda Pars assertionis, quod grauitas Terræ resistat conuolutioni ipsius, si quidem per huiusmodi conuolutionem omnes partes illius graues mouerentur horizontaliter, quomodo licet pro quolibet momento comparata ad medium æqualiter se haberent, sicut prius antequam mouerentur, nihilominus cum duo latera trianguli sint necessariò maiora tertio, si à termino, à quo motus, ducatur linea ad signabile, pro quo, factò motu, comparatur, illa simul cum præcedenti linea inclinationis necessariò constituet aliquid maius ipsa sola linea inclinationis in quiete; cui perinde repugnat inclinatio grauis, quæ exigit mensurari linea breuissima.

Huius impedimenti per grauitatem, ne Terra moueatur circa suos polos motu diurno, à me insinuati, cum Sphæram eius edendam recognoscere, mentionem fecit Præceptor meus Pater Iosephus Blancaeus, & aliquibus postea non omnino displicuit; licet alij non admiserint; qui tamè nec æqualem inuenierunt, neque rationem attulerunt, cur improbarent.

Ex his pariter reicies, quod aliqui tam constanter affirmant, quamlibet vim minorem, & minorē de se sufficere ad mouendum grauius, & grauius super planum, dic potius conuexum, horizontale, quia in tali motu nulla sit eleuatio illius, cui soli assumunt, non probant, resistere grauitatem. Nec ex eo quod aliqua, ut pila benè rotundata, in modicissimo pulsu reuoluantur in tali horizontali, debes inde inferre idem de motu in illo omnibus grauibus successurum; multò minus nullam esse repugnantiam grauitatis ad talem motum, non primum quia huiusmodi insistentia tali conuexo horizontali, stant per æquilibrium suarum partium; ita

VI



Grauitas Terræ sicut ne conoluatur. 2 19

ut medietas, quæ in motu revolutionis debet ascendere, habeat ad oppositam positionem, æqualem, quæ eodem motu descendet, conformiter sui ponderis inclinationi. Si ergo tollatur æquilibrium, quo sustentatur, vel imprimendo aliquid impetus deorsum plementis vni medietati, vel correspondenti sursum dirigentis, voluerint; quidquid enim addatur adiumenti vni, vel impedimenti contrario nisi in altera statim tollitur æquilibrium, & sit motus præpondentis, & sic revolutionis Sphæræ ad eius positionem: quæ ratio non militat in diuersi modè figuratis, ut patet; huiusmodi autem cum sunt exactè polita, vel modica superficie insistunt horizonti, videntur facilimè moueri, quia comparamus motui asperorum super aspera, quo per multas particulas impigentia valde notabilem inueniunt resistentiam vñeriori progressioni, vel motui cum aliqua totius grauis eleuatione exercito. Non secundūm, quia cum impulsus in quibuslibet huiusmodi experimentis potius languescens deficiat, experimentum potius fauet afferentibus grauitatem resistere tali motui horizontali grauium, quam negantibus. Et si illud modicum resistentiae, quod de his videtur colligi, multiplicabunt per totidem partes æquales, quæ in conuolutione Terræ debent horizontaliter moueri, facile agnoscent, tali motui conuolutionis in Terræ, maximam ab eius grauitate haberí resistentiam conformiter nostræ assertioni.

Affero tertio quod cum à formatione Cardinum in Terra super quos positus sit orbis, à stabilitate Terræ nunquam incluandæ, à firmatione orbis illius non commouendi, a velocitate cursus solis per infallibilem veritatem extollatur. Potentia Conditoris vniuersi, non possunt huiusmodi esse commentitia; & cum absolute possint esse talia, qualia tali authoritate proponuntur, nefas est ea negare, & ad meram credulitatem insipientium dicta esse interpretari.

E c 2

Positis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

Positis supradictis Assertio patet, & ex inani conatu pugnantium in oppositum; hi enim ad hanc diem per solam possibilitatem sui systematis, & solutionem rationum, quæ nitebantur ostendere, contrarium esse necessariò consequens ex apparentijs, contenderunt probare, ita de facto existere, quod potuit etiam aliter disponi, & minus aduerterunt se, dum minuere tentant solos motus, in aliud tanto æstimatione physica difficultas incidere, augendo immensum moles; & multo deterius velocitatem motuum cœlestium, quæ humanæ admirationi proponitur, ad manifestandam gloriam Conditoris, & Moderatoris vniuersi ab authoritate infallibili, obijcere ut maximè absurdum communi systemati.

Quis autem non miretur homines, qui solis facris litteris se stare passim profitentur, earum attestacioni claræ, & apertæ tam præfidenter contradicere; vt etiam vilitatem Terræ pro argumento adducant, quo syderum circè illam cursus ordinatos esse negent; dum attestatur Conditor ipse; quem falli, aut fallere nefas est, & stultum arbitrari (quod creavit ea in ministerium cunctis gentibus, quæ sub coelo sunt) Sed hæc, & similia parit contradicendi studium, aut peregrinæ doctrinæ, ad inanes plausus captandos sciolorum, ostentatio; quibus, toto vniuerso reluctantе, videntur ipsius vniuersi dispositionem primorum corporum solis connaturalibus conditionibus committere velie, nulla hominis, cui dispositum est, nulla sapientissimi Artificis, à quod illud, & hic in sui gloriam posita sunt, habita ratione; cum tamen singulariter in hac ad finem a se intentum tam apta, tam admirabili fabrica (non reliquerit semetipsum sine testimonio) tam multis, præter exigentiam peculiarem partium componentium, sed tamen conuenientissimè, constitutis.

S E.



SECTIO XII.

*An sit vis Magnetica in Sole ad reliquorum
Planetarum cursus ordinandos , an in
Luna ad Maris æstum conci-
tandum ?*

SOpponendi primò hic Canones motus , in Sole hac nostra ætate deprehensi , quos plurim annorum constantissimo labore , consultò saepius in dies cælo , melioris Astronomiæ regulis in Consilium adhibitis , nouis sapienter additis , constituit Pater Christophorus Scheiner nostræ Societatis ; & posteriores non librorum tantum , sed & astro- rum inspectores ita comprobarunt ; vt ex ijs , vel ipsi antea illius Censores , sua errata correxerint , omissa suppleuerint , in nullo ausi contradicere ; & nouissimè per tres annos Macularum Solis cursus ordinatos ediderit vir de Astronomia optimè meritus , quem mox appellabo , in suæ Selenogra- phiæ libro .

Iuxta Canones motus solaris in rosa Vrsina digestos , Sol axem & polos suæ conuolutionis velut menstruæ (non enim 27. dies implet) per circulum annum quasi illi in op- positum inflectit ; vt per sex circiter menses à Sagittario ad Taurum inclusuè polus inferior ad Terram conuertatur , omnibus Macularum cursibus apparentibus in facie Solis sursum curuatis . Per alios sex à Geminis ad Aquarium polo inferiore auerso , conuertitur ad nos Superior , omnibus Ma- cularum cursibus deorsum versus curuatis .

Supponenda secunda libratio corporis lunaris menstrua ,
quam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



quam à perpaucis notatam, nuper à se certis limitibus in eo definitam; per signa zodiaci, & reliquos in cœlo situs ritè distributam, edidit Heuelius, non politiæ solùm terre-næ, sed sydernalis inspektor, meritò inter primos Astronomiæ Magistratus nostræ ætatis accensendus.

Luna igitur per 14. circiter dies singulis mensibus semper in signis descendantibus à Cancro ad Aquarium, conuolutionem aliquam habet ab Euroaustro Corum versus, qua certæ partes, quæ sunt aliquomodo ad marginem inferiorem, ab illo recedunt, alijs in conspectum prodeuntibus, quæ in hemisphærio auerso latebant; ita ut perueniente Luna ad Capricornum pars illius insignior, pertinens ad quadrantem inferiorem, Mons Sinai dicta ab Heuelio, sit in maxima elongatione, quam toto mense obtineat à margine dicto; hæc est illa pars, à qua notabiliores, & longiores tractus lucidi velut extenduntur, ideo ab aliquibus fons lucis appellata; cum tamen circumpositæ illi umbræ melioribus Tubi opticis animaduersæ, & tractus illi lucidi sèpius inflexi, & interrupti omnem illi talis nominis honorem abrogarint.

Alijs vero diebus 14. circiter in Signis ascendentibus à Capricorno ad Geminos reuolutionem habet à Coro Euroaustrum versus, quæ secundum ordinem signorum, prioribus opposita partes, aliquomodo margini Superiori proximæ, elongantur ab eo, succendentibus in conspectum alijs, quæ in hemisphærio auerso latebant; & è contra pars illa insignior, Mons Sinai dicta, vbi Luna cancrum attingit, ad maximam sibi propinquitatem margini inferiori restituta conspicitur; & omnem reuolutionis totius corporis lunaris suspicionem excludit.

Supponendæ tertio leges magneticæ, ex longo & diligenti examine experimentorum inter ea, quæ certo magnetica esse cognoscuntur, firmis illationibus constitutæ:

sup

in

Vis magn̄ non in Sole, neq; in Luna . 223


in quo genere ludicum est, & puerile, inter corpora mundana velle correspondentias magneticas assignare, ad accessus, & recessus in uicem, & circuitus illorum explicandos, quae à legibus magneticis passim redarguantur; & hoc ipso à mundi dispositione reali ad vertigines capit̄ suorum authorum reuocentur, qui similibus figuris ipsum systema Phythagoricum dehonestant; cui fulciendo, & ornando illa comminiscuntur. His suppositis.

Affero primò Lunam nullam habere correspondentiam magneticam ad Solem, nullam ad Terram, & Mare.

Prima Pars probatur primò, quia non correspondet in libratione, cum enim luna, ut vidimus, suam librationem menstruam in ijsdem semper signis determinate exerceat, nullo modo potest secundum illam correspondere soli, cum quo alijs, & alijs mensibus aliter, modo in uno, modo in alio signorum, nunc coniunctionem nunc appositionem, nunc alium respectum exercet; & dum ille in omnibus ferè mensibus, quem polum suæ gyrationis habet ad Lunam pro aliquot diebus conuerterit, in reliquis mensis eiusdem diebus non auertit, ipsa semper intra eundem mensem à conuersione facta Corum versus, auertitur in Euroaustrum.

Secundo quia non correspondet per polos suæ librationis polis Solis, cum per sex ferè menses continuo sol unum, & cundem ex suis polis ad Lunam conuertat, & per alios sex consequentes oppositum. Luna verò unum ex polis suæ librationis, à coniunctione ad oppositionem, ad Solem conuertat, & alium semper ab oppositione ad coniunctionem; ac proinde uno polo Solis obtinente faciem dissimilem illi, qua reperitur in polo Lunæ illa à coniunctione ad oppositionem constanter accedit ad Solem; ab oppositione ad coniunctionem semper recedet a Sole. E contra verò altero polo Solis per sequentes sex menses ad Lunam conuerso, & obtinente faciem similem ei, qua est in tali polo Lunæ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale

sibi à coniunctione ad oppositionem correspondentē, semper à coniunctione ad oppositionem Luna refugiet à Sole per dictos sex menses; ab oppositione vero ad coniunctionem semper accedet; quæ vt sunt ex legibus Magneticis necessariò consequentia, ita sunt manifestis experimentis omnino repugnantia.

Similia argumenta facile suppetent conferenti leges magneticas cum motibus Solis & Lunæ, & correspondentijs eorum ad inuicem, si quæm inueneris, qui pressus allatis configuiat ad alias facies, & polos magneticos in ijs aliter assignatos.

Dices posse per leges magneticas constitui alteram ex faciebus in centro Luminarium; alteram in ambitu proportionaliter, vt explicantes refractionem radiorum magnetorum diximus de lamina ferrea, ad cuius medium per suum polum magnes accesserit.

Sed attende quid ex hac positione sequatur; nam si facies similes essent in ambitu vtriusque, illa semper recederent ab inuicem; si dissimiles, semper accederent; & quod ad conuolutionem, neutrum ab alio prouocaretur; cum æquilater se haberet quodlibet illorum ad aliud quomodocunque volutum.

Dices secundò vim magneticam, à Sole ad alios Planetas propagatam esse solum directiūam; qua Sol in reliquos Planetas influens, & in se circumuolutus, eos solum prouocat ad motum in gyrum circa se. Sed hoc est vim magneticam in Sole & Planetis negare; quia una, & eadem est quæ causat correspondentias aliquas per modum conuolutionis inter magnetica, & causat accessum, quando secundum facies dissimiles se respiciunt, intra Sphæram actiuitatis magneticæ constituta; recessum vero, quando ita secundum facies similes se respiciunt, vt talem respectum facile reuolutione sui vitare non possint. Sed de ista vi gyratuia

Pla-

Planetarym à Sole diffusa iterum paulò post agemus.

Secunda Pars assertionis probatur primò, quia in Maris æstibus datur varietas, non solum in tumescientia, & subsidetia aquarum, quæ ex varia amplitudine sinuum, dispositio-ne climatum, & complexione, ut ita dicam, Terræ subiectæ oriri potest; sed etiam in mensura durationis, qua peraguntur; & nihilominus omnes, quantum aduertere potui in re-lationibus peritorum, secundùm aliquos aspectus Lunæ ad Solem suas mutationes exercent: Luminarium autem per suas partes conuersio ad Mare nullam certam habet cum dictis aspectibus connexionem, ut constat ex determinatio-ne supposita librationis Lunæ, & conuolutionis Solis circa suum centrum.

Probatur secundò, æquè tumescunt Maria Luna existente in puncto mediæ noctis, ac tumescunt ea posita in Meridiano; in his autem sitibus oppositis, ad oppositas situs diffe-rentias necessariò vis magneticæ Lunæ alliceret aquas maris: tumorem ergo aquarum in aliquo horizonte existentium, quem excitaret prouocando illas ad se in meridiano, compesceret ut minimum sifendo illas easdem in maxima ad se propinquitate; obtinens situm mediæ noctis respectu talis horizonis, si in oppositum mouere non posset.

Nulla enim hic fingi potest reflexio virtutis magneticæ aquarum allectiæ, quæ à Luna ad Stellas fixas diffusa refūdarur ad Mare; cum illæ ex supradictis, sicut nec coelum, cui affiguntur, magneticæ sint, & si essent, reflexionem facerent etiam Luna existente in meridiano; immo tunc vis huiusmodi refunderetur ab illis in facie simili ei, secundum quam Luna esset conuersa ad mare, non sic illa existente in media nocte; Denique stellæ fixæ per totum circuitum, mare prouocarent, vel rectius in nullo situ posset vis Lunæ, ad illas pertingens, esse propagatio similis deorsum pro tanta di-stantia ad ullum effectum physicum.

Ff

Quod

Quod nulla sit correspondentia Luna cum Terra statim patebit consideranti dispositionem virtutis magneticæ in Terra comprobatam, & situm corporis Lunaris ad illam, fine alia probatione.

Affero secundò nullam esse correspondentiam magnetica inter solem, & Planetas, nec vlla probabilitate posse in illam referri motum Planetarum circa solem.

Probatur prjmd, quia nullam habent talem correspondentiam in suis accessibus ad Solem, & recessibus ab illo cum polis illius; vt facile constabit consideranti determinationē polorum in Sole, & circuitum annum, fixo illorum axe in centro solis, & conferenti cum dictis accessibus, & recessibus Planetarum respectu Solis exercitis. hec probatio vim habet ex ijs, quibus reiecmus paulo ante, agentes determinatè de Luna, falsam imaginationem afferentium vim magneticam. Solis non esse allectiuam Planetarvm ad illum, sed solum prouocatiuam motus in gyrum, aliquomodo volutioni illius circa suum centrum correspondentis.

Probatur secundò, quia vis magnetica, quæ poneretur in Sole non posset causare motum Planetarum circa solem; quoties enim vnum corpus magneticum non impeditur à conuolutione circa suum centrum, si aliud, intra cuius sphæram actiuitatis reperitur, habeat determinatam correspondentiam per suas partes partibus illius, & circa suum centrū conuoluatur, illud pariter ex vitalis correspondentiae voluntate circa suum centrum; non autem per motum in gyrum sui centri mouetur circa illud, vt in corporibus certò magneticis possumus passim experiri.

Probatur tertid, vel Sol in toto suo ambitu haberet unam, & eamdem correspondentiam ad Planetas, vna scilicet facie magnetica existente in centro, vt supra dicebamus, alia diffusa in toto ambitu; vel certæ partes ad ambitum terminatae essent congeneræ; alia vero ex vi talis virtutis non connexæ;

bono
bono

vel



vel etiam auersæ? non primum, quia, facta quacunque volutione solis circa suum centrum, æque perfectè, & congenerè secundùm virtutem magneticam se haberent Planetæ cum partibus accendentibus, atque cum recedentibus; ergo nulla esset ratio, cur tanto gyro voluerentur ad correspondentiam cum recedentibus retinendam, dum in quiete possent æqualiter se habere; immo qualis esset ista correspondentia cum huiusmodi partibus Solis retenta, vel affectata per tantorum corporum tantos ambitus; cum Saturnus gyrum suum 30. annorum spatio conficiat, Iuppiter 12. Mars verò 23. mensium, Venus sesquiocto; Mercurius triū; dum in medio istorum unica reuolutio solis 26. diebus circiter absoluatur? Non secundum, quia si partes Solis congeneræ, & correspondentes tali suo progresu incitarent Planetas secundùm ordinem signorum v. g. in motu illorum, & Solis tam dispari succederent ad correspondentiam aliæ, nullo modo prouocantes, vel etiam tandem retro auertentes à se versus congeneras subsequentes, & hoc totum fieret singulis mensibus volutionis solaris. quæ omnia apparentijs omnium consensu constitutis repugnant.

Attende naturam, & proprietates virtutis magnetice in motibus, consistentijsque exercendis inter magnetica, & agnosces, his & similibus fragmentis eorū inuentores nil aliud obtinuisse, quam vt ostenderent sua commenta de constitutione vniuersi ad extremam debilitatem redacta, quibus suo iudicio his fulcimentis subuenientum putarent.

Et hæc de virtute magnetica, quam præcedentibus faculis obsitam tenebris, & erroribus, hoc nostrum in tantam veritatis lucem eduxit, vt singularem Philosophiæ Partem cum dignitate impleat.

Amice

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



Amice Lector.

IN toto hoc opere, si quid merito sapiet, veritatis Authori
debet; si quid iure redargues, meū est. hominis autē alijs
curis occupati, & breuitati scriptoris ex angustijs mentis, &
temporis addicti tenebras multiplicata ingenij tui luce di-
sijce. Si quid emendandum censueris, & monueris de eo su-
perstitem, gratissimum feceris.



Amice

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak

Gray Scale

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak
Gray Scale



<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Kodak
Gray Scale



0 1 2 3 4

<http://diglib.hab.de/drucke/>

171-49-quod-1

</start.htm>